This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

## Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

## About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

UNIVERSIT
Digitized by Google

2. 3301

Digitized by Google

# ANG. MAR. BANDINI

I. V. D.

PVBLICI BIBLIOTHECAE MARVCELLIANAE
PRAEFECTI

ACADEMIAE FLORENTINAE SOCI etc.

# COLLECTIO VETERVM ALIQVOT MONIMENTORVM

## AD HISTORIAM

PRAECIPVE LITTERARIAM

PERTINENTIVM.

ARRETI

Sumptibus MICHAELIS BELLOTTI. Imp. Epiſc.

CIↃDCCLII.

*FELICITER EXCVSA.*

Digitized by Google

Digitized by Google

EXCELLENTISS. AC REVERENDISS. D.

# D. IOANNI . FRANCISCO
# MARCHIONI . STVPPANIO

ARCHIEPISCOPO . CORINTHI
DVCATVS . VRBINI . PRAESIDI
PIO . FELICI . INCLITO
MVSARVM . DELICIO . PIORVM . SOLATIO

ANGELVS . MARIA . BANDINIVS
*DEVOTVS . NOMINI . ATQVE . AMPLITVDINI . EIVS .*

EA eſt humanarum rerum viciſſitudo, EXCELLENTISS. ac REVERENDISS. PRAESVL, ut, quae olim maximo in pretio fuerint, annorum ſerie aut neglecta in Biblio-

thecarum forulis deliteſcant, aut incredibili litterarum detrimento depereant. Id ego iam a tenera propemodum aetate animadvertens plurimum inſudavi, non modo ut cineres doctiſſimorum virorum, qui praeteritis ſaeculis floruerunt è profundiſſimis tenebris excitarem ad claram virtutum omnium, quibus inter ſuos olim inclaruerunt, imaginem in animis noſtris exprimendam, verum etiam quaecumque reperire potui illorum autographa praeſertim monimenta, veluti theſauros auro, gemmiſque longe pretioſiores, ſedulo diligenterque conlegi.

Huius ego induſtriae meae, Excellentiss. ac Reverendiss. Praeses, ſpecimen quoddam Amplitvdini Tvae venerabundus offerre non pertimeſco.

Nam & Ipse nobiliſſimo genere fatus, mira ingenii vi praeditus, gran-



Digitized by Google

dia ſemper, ac ſublimia mente complexus, vitam a puero in Etruria noſtra, virtutum omnium altrice, per egregias artes excoluiſti, & ardentiſſimo quodam ſtudio erectus, omnium Philoſophorum familias, omnium Rhetorum ſcholas ſectatus, & exactiſſimam bene, ſcienter, ornateque dicendi rationem ſimul adſequutus es. Creſcente aetate, crevit in Te quoque omnigenae eruditionis, Sacrae praeſertim, atque Eccleſiaſticae Hiſtoriae addiſcendae cupiditas, viroſque in omni doctrinarum genere praeſtantiſſimos amore tam incredibili es proſequutus, ut Tv vere inluſtris, magnanimus, & laudibus immortalibus uſque ferendus maximas opes, quas Maiores Tui liberalium diſciplinarum patrocinio, atque honore publicorum munerum inſignes compararunt, non, ut plerique faciunt, ad luxum, atque ad volupta-



Digitized by Google

tes retuleris, ſed, quod pauciſſimorum eſt, in Muſarum, & eos, qui Muſas colunt, commodum, atque utilitatem liberaliſſime impenderis.

Neque in ſumma rerum omnium adfluentia, quidquam Te magis adficit, atque oblectat, quam libri cuiuſcumque generis, ac doctrinae, quod optimum eſſe ducis ampliſſimi patrimonii Tui ornamentum.

Te igitur tot virtutibus, tam magnis, tam raris ornatum intuens Clemens XII. primum Eccleſiaſticis rebus curandis praefecit, & Innocentius XIII. Romanus Pontifex, aequiſſimus meritorum aeſtimator inter ſuos ab honore cubicularios adſcivit; quique deinceps ſequuti ſunt Pontifices, quum animadverterent, nullam rem eſſe tantam, ac tam difficilem, quam Tu non & conſilio regere, & integritate tueri, ac virtute conficere poſſes, Te inter utriuſque Signaturae Refe-



Digitized by Google

rendarios, Domeſticos Praeſules, & Conciliis de Bono Regimine, ac Conciſtorialibus negociis praepoſitos cooptarunt, ad Corinthienſem Eccleſiam evexerunt, & ad honorificos, eoſdemque difficillimos Eccleſiaſticae Reip. Magiſtratus obeundos iure optimo deſtinarunt.

Et quidem viget adhuc ubique locorum, in quibus legationes ſumma cum laude geſſiſti, nunquam interitura Tui nominis recordatio.

Teſtis mihi Melitenſis Inſula, ac Ieroſolymitanorum Equitum nobiliſſimus Ordo, qui Te Supremi in Religionis negotio Cenſoris officio egregie fungentem ſubſpexit. Teſtis Etruria noſtra, quae Te Pontificis Maximi Oratorem demirata eſt. Verſatur adhuc in omnium ore Tua in univerſum genus hominum humanitas; quumque domus Tua viris litteratis hoſpitalis liberaliſſime illis patuerit, de-

licium Muſarum, munificum, glorioſum, incomparabile una omnium voce nuncuparis.

Omitto legationes Tuas apud Venetos, ad CAROLUM VII. Imp., ad Imperii Comitia, qua prudentia, qua fide, quo ingenio, qua humanitate inita! Quo factum eſt, ut dum interim maiora, ac ſubliміora virtutum Tuarum praemia TE expectant, providentiae Tuae Vrbinatis Principatus regimen demandaretur. Quo quidem in munere feliciter obeundo, non magnos auri, argentique acervos paras, atque exſtruis; verum inuſitata liberalitate eoſdem in pauperum ſubſidium, & in publicam utilitatem erogas, excitatis in Provincia Tibi credita novis artibus, exſtructiſque in Portu Piſaurienſi ad nautarum commodum, & ad commercium amplificandum novis ſubſtructionibus, & navali a fundamentis excitato; quibus

omni-

Digitized by Google

omnibus publicam felicitatem curas, afflictos ſerigis, egenos recreas, ac glorioſa Vrbinatum Principum facinora, HERCVLIS videlicet BORSI, LEONELLI, GVIDONIS, FRANCISCI MARIAE, laudabiliter imitaris; quotidie enim, ubi publicae occupationes ſinant, aut cum viris doctis diſputando, aut legendo, nullus in Sacra praeſertim, atque Eccleſiaſtica Hiſtoria, aut in Theologicis diſciplinis incognitus Tibi locus relinquitur.

O TE igitur vere felicem! cuius Graecae, Latinae, ac Florentinae Muſae immortale nomen in Coelum tollent; quandoquidem a ceterorum aulis excluſae, tam liberali apud TE hoſpitio excipiantur, immo non amplius hoſpites, & vagantes, ſed iam civitate donatae, in exornatiſſimis aedibus Tuis conlocatae ſint.

Pro Tuis itaque tantis in Rem Litterariam meritis patere, Excellentiss. ac Reverendiss. Praeses, ut exigua haec veterum aliquot monimentorum conlectio inclito Tuo Nomine inſignis, ac felix ſuperbiat, & in publicum prodeat, dum interim me Amplitudini Tuae devinctiſſimum ingenue profiteor, Teque ut Romanae Eccleſiae decori, & eruditorum hominum felicitati diù ſoſpitem ſervet, Deum Opt. Max. enixe precor, atque obſecro, Vale. Datam Florentiae è meo Muſeo Kalendis Februariis CIƆIƆCCLII.

Digitized by Google

# ANG. MAR. BANDINIVS

## LECTORI SVO S. P. D.

*NEmo eſt adeo iniuſtus rerum aeſtimator, qui non iure fateatur, ſummis efferendos laudibus viros illos immortalitate digniſſimos, quibus cordi ſemper fuit, praeſtantiſſima doctorum hominum monimenta ad Hiſtoriam praecipue Eccleſiaſticam, Politicam, ac Litterariam illuſtrandam pertinentia è tenebris vindicare.*

*Quam digni itaque ſunt, quibus gratiae à nobis agantur ſempiternae*, Scaliger, Cauſabonus, Salmaſius, Grotius, Meurſius, Ruinartus, Mabillonius, Martenius, Montifalconius, Sirmundus, Bollandus, Freherus, Gudius, Voſſius, Vſſerius, Gruterius, Baronius, *atque ex noſtris* Ficinus, Victorius, Donius, Bonarotius, Biſcionius, Gorius, Lamius, Mannius, Mehus! *ut quamplures alios praeteream maximi nominis viros, qui Litteraria anecdota in lucem proferendo, maximo nos beneficio affecerunt, & patrias regiones fama, tituliſque honorificentiſſimis decorantes, aeternum ſibi nomen adepti ſunt.*

*Flo-*

*Florentia profecto, ubi primum literae, artes, doctrinae, diſciplinaeque liberales intermortuae dudum, acrius excitatae fuerunt, ac reſtitutae, doctiſſimorum hominum ſemper feraciſſima, ampliſſimum eruditionis penum ſuppeditat; unde, qui cupiat, deliteſcentia veterum ſcripta, & ſepulta in tenebris, atque oblivione monimenta depromere, & in lucem ab omnibus exoptatiſſimam poſſit educere.*

*Habemus enim Bibliothecas, vel publicas vel privatas, pretioſis MSS. Codd. refertiſſimas.* Mediceam *ſcilicet* Laurentianam, *ad* S. Crucis, *ad* D. Mariae, *ad* D. Marci, Magliabechianam, Riccardianam *inſuper, ac* Stroctianam, *aliaſque permultas, quarum tutiſſimis ſubſidiis peramplum doctrinis omnibus incrementum adferri poſſe, nemo non videt.*

*Dolui vero ſemper, ac vehementer dolui, cum viderem, viros exteros quotidie inſignes Graecos Codd., qui in noſtris extant Bibliothecis, & egregia quaeque Scriptorum noſtrorum monimenta in lucem prodere; qui cum hiſtoriae noſtrae plerumque ignari ſint, eadem erroribus, ad dedecus Florentini nominis, deformant.*

*Quapropter à primis uſque annis, domeſticis praecipue exemplis excitatus, mecum ipſe diu, ac ſedulo cogitavi, ſelectas Scriptorum noſtrorum Epiſtolas, & anecdota, quae lucem aliquam deſiderarent, undequaque diſperſa colligere, ut ea paullatim ad publicam utilitatem in medium proferrem.*

*En igitur, humane Lector, curarum mearum ſpecimen, faſciculum ſcilicet Epiſtolarum, quarum autographa, nonnullis exceptis, apud me ſunt, quas ut lubenti animo accipias, oro, obteſtorque, majora, dummodo mihi fortuna melius arrideat, deinceps aggreſſurus. Vt interim de Collectione mea aliquid agam, habes hic primo elegantiſſimam* Chr. Landini *Flor. Epiſtolam ad* Laurentium Mediceum *ſcriptam, qua, ut ſe Reip. Florentinae à Secretis renunciare velit, non ſolum magnopere ab eo efflagitat, ſed validiſſimis e-*

*tiam*

*tum rationibus id ſibi muneris deberi contendit; quod ut facilius aſſequatur, quid pro litteraria Rep. geſſerit, luculentiſſime exponit. In ejus vita deſcribenda nihil eſt, quod immorer diutius, cum eam in meo I. Vol.* Specim. Hiſt. Lit. Flor. *fuſe exaratam poſſis perlegere: quare ſumpta hinc occaſione, aliquid de* Bartolemaeo Scala, *ad quem VII. Epiſtolae hic relatae pertinent, obiter recenſebo.*

Scala *igitur* Io. Franc. *F. non Florentiae, iuxta* Voſſium *de* Hiſtoricis Latinis, *ſed in Colle, oppido olim percelebri, nunc vero Vrbe Vallis Elſae in Etruria, A. MCCCCXXIV. lucem adſpexit, ut* Vgolinus Verinus Lib. III. de Illuſtrat. Vrbis Flor. *teſtatur: unde* Petr. Io. Monaldius in Hiſtor. mss. Florent. Familiar. *ad rem noſtram haec habet = La Famiglia Scala di quei della Scala diſceſe dalla Città di Colle di Toſcana, e di loro fu Bartolommeo di Giovanni. = Hunc ſequutus eſt* Iulianus Riccius *in IV. Parte ſui Diarii ms. dum ait p.* 140. *= Venne da Colle Città di Valdeſa, allora Terra groſſa Meſſer Bartolommeo di Gio. Scala, e ſi meſſe al ſervizio della Cancelleria dei Signori ec. = quibus addendi ſunt* Nardius *in* Catalog. Vexilliferor. Reip. Flor. Migliorius *in* Flor. Illuſtr. *&* Cinellius *Claſſe VII. Biblioth. Volant. pag.* 51.

*Eloquio adeo polluit, ut a Muſis potius, quam inter Piſtrini rotas innutritus videretur, ſicuti de eo loquitur* Albertus Leander *in* Deſcr. Ital. *p. XLIII. Fuit enim ex humili genere, & molitoris filius; unde* Politianus *ejus hoſtis acerrimus Epiſt. Lib. XII. hunc* furfuratorum monſtrum *vocat, alibique Carmin. p. CCCXXIV.* furfuris plenum. Scala *vero* Politiano *ſcribens his quidem verbis originem ſuam quam apertiſſime profitetur = Veni nudus, omnium rerum bonarum egenus ad Remp. viliſſimis ortus parentibus, multa cum fide, nullis omnino divitiis, aut titulis, nullis clientelis, nullis cognationibus. = Florentiam venit*

*nit ante A. MCCCCL. ibique* Iacobum Ammannatum, *poſtea Cardinalem, ſtudiorum comitem habuit: quod ex quadam eiuſdem* Iacobi *Epiſtola patet; ita enim* Barptolemaeo *ſcribit p. CCXXVII.* = *Adoleſcentes olim eamdem ſervitutem ſervivimus, vicini habitavimus, iiſdem litteris, ac prope praeceptoribus operam dedimus, paupertatem etiam gravem pertulimus.* = Coſmus Medices *ſenior hunc inter ſuos familiares munifice excepit, ut ex* Scalae *Epiſt.* Politiano *miſſa l. 6. patet. Fortuna exinde duce, ac* Mediceae *gentis favore, ad omnes Reip. gradus evectus eſt.* Coſmo *e vivis ſublato Kal. Aug. A. MCCCCLXIV.* Petrus Mediceus Scalam *tanto amore complexus eſt, ut graviſſima Reip. munera ei demandaverit.* Philelphus *A. MCCCCLV. Lib. XII. Epp. & Lib. XXX. A. MCCCCLVIII. ei binas inſcribit Epiſtolas.*

*Anno MCCCCLXXI. Idibus Sept.* Barptolemaeus, *poſterique eius inter Florentinos cives adſciſcuntur; ipſe vero anno proximo ex Reip. Dominis unus fuit. Anno MCCCCLXXXIV. ad* Innocentium VIII. *Pontificem Legatus, una cum* Franc. Soderinio *Epiſcopo Volaterrano*, Ant. Caniſiano, Guid. Ant. Veſpuccio, Angelo Niccolinio, *&* Io. Tornabuono *renunciari meruit. Orationem elegantiſſimam habuit* Scala, *quae adeo Pontifici placuit, ut VIII. Kal. Ianuar. eiuſdem anni, illum Equitem Aurei Calcaris, & Romanum Senatorem creaverit. Die II. proximi anni a Florentina etiam Rep. ampliſſimo Diplomate decoratus fuit, quo illi decreta legitur* = Proviſio in pennone, targia, & ſupraveſte hominis, & equi. *Ex* Iac. Nardii *Catalogo Signiferorum Iuſtitiae, poſt eius Hiſtorias Lugduni apud* Theobaldum Ancelin *A. MDLXXXII. edito adparet, menſibus Maii, & Iunii A. MCCCCLXXXVI. Reip. fuiſſe ſigniferum. In quodam ms. codice, qui in Archivo Secreto Magni Ducis ſervatur, ſub A. MCCCCXCVII. notatum reperi* = *M. Bartolommeo di Gio. Scala già ſtato caſſo ſi elegge in*

*pri-*

Digitized by Google

*primo Cancelliere della Repubblica, con che faccia detto officio con Meſſer Pietro Beccanugi.* = *Hoc ipſo anno cum podagra vehementer laboraret, tandem ad extremum vitae ſpiritum pervenit, pompaque minime vulgari in Templo* D. Annunciatae *tumulatus fuit, in Sacello vulgo dicto* degli Scali.

*Litterarias contentiones cum* Ang. Politiano *habuit acerrimas, quae* Ang. Pol. *Litterar. Lib. V. & XII. relatae ſunt. Cumque* Scala *magnificas ſibi aedes cum viridario, prope portam, quae vulgo* Pinti *dicitur, comparaſſet, ac gentilitia inſignia in Domus proſpectu,* Scalam *videlicet, emblemate* Gradatim *adpoſito, adfixiſſet, id* Scalae *irridendi occaſionem Politiano praebuit, Epigrammate quodam p. CCCXXIV. edit. Lugd. MDXXXIII. in quo haec habentur:*

= *Hunc, quem videtis ire faſtoſo gradu,*
*Servis tumentem publicis &c.*
*Fortuna ludens* furfuris plenum *caput*
*Ad uſque ſupremos gradus.*
*Caſurus uſque nutat, & iam iam cadet,*
*Sed non* Gradatim *ſcilicet.* =

Eraſmus *in* Ciceroniano, *&* Ioſeph Scaliger *de eo licet obloquantur, multos tamen ſui laudatores nactus eſt viros graviſſimos.*

*Verum ad eius operum Catalogum deveniamus. Scripſit* Hiſtoriam Florentinam de Vrbis origine uſque ad A. MCCCCL. *in X. libros digeſtam: Sed morte praereptus quinque tantum ferme libris ultimam manum impoſuit.* Oligerius Iacobeus, *quod antea* Cinellus *excogitarat, memoratam Hiſtoriam, quam ex* Magliabechio *acceperat, edidit Romae A. MDCLXXVII. in IV. eidemque* Magliabechio *dicavit.*

*Vitam* Vitaliani Borromaei, *quam* Petro Mediceo *inſcripſit, elucubratus eſt. Ex fine huius Dedicationis, illum tum* Coſmi Medices *ipſius* Petri *patris,*

*tris, tum etiam eiuſdem* Petri *geſta voluiſſe ſcribere, deprehendimus. Haec mſ. legitur in Bibl. Laurent.* *Edita vero fuit Romae typis* Nic. Ang. Tinaſſi, *a* Chriſtophoro Bartolino *Cll.* Thomae filio.

*In Bibliotheca ad* D. Marci *noſtrae Vrbis legitur abſque loci, aut anni inditio = Oratio* Barptolemaei Scalae *ad* Innocentium VIII.

Oratio pro Imperatoriis Militaribus Signis dandis Conſtantio Sfortiae Imperatori *in IV. ſed incertum, ex quo Typographio prodierit.* Reccus Spinellus, *qui tunc temporis in vivis erat, in ſuo Diario Hiſtorico mſ. ita ad rem noſtram ſcribit = Fu fatto Capitano delle genti d' arme l' Illuſtriſſimo Sig. Goſtanzo Sforzia Signore di Peſero per il Comun di Firenze; e a dì IV. di Ottobre, la mattina di S. Franceſco in ſu la ringhiera ci fu una lunga, e degna Orazione fatta per M. Bartolomeo Scala Cavaliere, e Cancelliere della Signoria, per la cui eloquenza uno, che era accanto a me, ccnciosſiachè cominciaſſe a dire, viva M. Bartolomeo, viva M. Bartolomeo, tutto il Popolo ſeguitandolo ad alta voce diſſe l'iſteſſo. =*

Collectiones Coſmianae *ad* Laur. Mediceum, *ubi continentur plurium Epiſtolae in* Coſmi Medicei *laudem conſcriptae.*

Apologi centum *extant in* Laurentiana *Bibliotheca ad* Laur. Mediceum. Michael Verinus *in quadam Epiſt. ad* Vgolinum *patrem, a* Gaddio *Tom. II. De Script. non Eccl. relata, eum veteri* Aeſopo *graviorem in hiſce Apologis contexendis eſſe arbitratur.* Ficinus *in Ep. Lib. VIII. = Omnis ( ait ad* Georgium Cyprium *ſcribens ) Scalae noſtri Apologus & elegans mihi videtur, & maſculus. = Epiſtolam quoque* Chriſt. Landinus *in Operis huiuſce commendationem exaravit, quam in Tom. II. noſtri Specimin. Hiſt. Litter. protulimus.*

*In fine Codicis Laurentiani hoc legitur Epigramma.*

= *Pro-*

C. Ml. C. C.
Digitized by Google

= *Protonotarii Geraldini Regii Legati Tetraſtycon Ad Barpt. Scalam Vexilliferum Iuſticiae R. P. Flor.*

*Naturam, & mores, ſeriem, res, tempora, caſus,*
*Et demum artifici ſchemate cuncta notas.*
*Felix, qui priſco cum ſis ſermone loquutus,*
*Scala, tamen cultu ſaecla vetuſta novas.* =

*In eadem Bibl. extat* Dialogus de Conſolatione, qui dicitur Coſmus.

*Epiſtolas fere innumerabiles tum ſuo, tum Reip. nomine ſcripſit, quae in Archivo vulgo* delle Reformagioni, *& alibi adſervantur.* Io. Bapt. Deius *de patria hiſtoria optime meritus illarum volumen membranaceum, quod ſibimet adquiſierat, humaniſſime mihi communicavit; ex quo nonnullas, quae in hoc volumine continentur, ſelegi.*

*In Bibl.* Corſinia *Romae n. DLXXXII. in ms. cod. in quo variae Florentinorum Epp. continentur, p. LXXIX. quaedam occurrit Epiſtola, cui titulus* = Barptolemeus Scala Giſmundo Stuphae S. = *Incipit* = *Conabar ab aedificandi cura revocare animum ad carmen, & aliquot intermiſſum menſes opus verſabar manibus &c.* = *Deinde ſequitur Carmen Paſtorale, cui praemittitur brevis Praefatio, quae incipit* = *Nencia Laurentio Medici Salutem. Eram in maxima anguſtia, & miſeris affictabar modis &c. Ecloga. Nencia, Gedon, & Polites.*

Nencia qui tantis potes obdurare querelis &c. =

*In inſigni* Stroctiana *cod. DLXXV. in IV. eiuſdem Epiſtola legitur inedita ad* Laurentium, *&* Iulianum Medicem, *qua eos in obitu* Petri *patris, &* Coſmae *diro fato ſublati conſolatur.*

*Alias eiuſdem literas invenies Lib. V. & XII. Epp.* Polit. *in Hiſt. Flor. & Lib. I. Epp.* Auguſtini Dati *Secretarii Reip. Senenſis.*



Digitized by Google

*Denique in Bibl.* Riccardiana *inter Excerpta* Barpt. Fontii *Epitaphium* Scalae *pro* Altiera Albitia *legitur, quae mortem obiit Florentiae pridie Idus Iulias A. MCCCCLXXIII. hora noctis fere II. florente aetate, cum nuptias vir appararet, cuius corpus in Aede D.* Petri Maioris *tumulatum fuit.*

Sequuntur *deinde Epiſtolae nonnullae* Marcello Virgilio *conſcriptae. Hic Florentiae nobili genere natus A. MCCCCLXIV. ſingulari ingenio vir fuit, cui miram deinceps eruditionem adiunxit: nam, quae* Chriſtophoro Landino, *&* Angelo Politiano *praeceptoribus didicit, eadem omnia in varia, uti par erat, ſtudia partitus eſt. Et revera, ſi, quae litteris mandavit, quaeque de eo monimenta adhuc ſuperſunt; perpendere velimus, virum fuiſſe omni doctrinarum genere cumulatiſſimum ſatis ſuperque deprehendimus. Quae vero non minimum, praeceptores praeſertim, commendat, volubilitas linguae, & vox canora eum in Florentino Lyceo Graece, ac Latine ſumma cum laude diſſerentem adiuvabat. Quae tamen expeditae locutionis facultas eum poſtea defecit, cum ab equo, quo rus petens vehebatur, in parietis angulum deiectus, aliquantulum lingua fuiſſet offenſus. Id vero in* Marcello *mirum fuit, quod, etſi publice Florentinam Iuventutem humanioribus litteris erudiret, nomine tamen Reip. litteras ſcribendi munus numquam intermiſerit. Gerebat eo tempore bellum Civitas noſtra cum Piſanis; quotidie igitur nova oriebantur negotia; quotidie novi caſus novas curas, & nova conſilia afferebant. His rebus omnibus expediendis aderat perpetuo* Marcellus; *ille, ſiquid nunciabatur timoris, excipiebat; ſiquid proponebatur laboris, ſubibat, magniſque in perturbationibus magna cum fide vigilabat. Iam vero, quamdiu ſupremo fungebatur magiſtratu* Petrus Soderinus, *ſemper illi* Marcellus *praeſto erat, negotiiſque graviſſimis diſtrictus, quae ille iubebat, alacriter exequebatur, ut Franc. Bocchius teſtatur in Elogiis Florent. illuſtr.*

Quan-

*Quanta vero doctrina praeditus eſſet, praeter caetera, multae, quas in* Dioſcoridis *opus conſcripſit, elucubrationes, de quibus loquitur* Vanderlinden, *de Scriptoribus Medicis ſatis ſuperque demonſtrant. Illud enim poſt* Barbarum Hermolaum, *&* Io. Ruellium, *è Graeca in Latinam linguam translatum, doctiſſimis Commentariis illuſtravit, ac* Leoni *Pont. Max. tunc recens creato dicavit. Prodiit Baſileae A. MDXVIII. & MDXXIX. Coloniae, adiecto etiam textu Graeco, & ſeorſim ſeiuncto* Hermolai Barbari *Corollario; & alibi. In noſtra Bibliotheca codex extat, in quo legitur doctiſſima ms. Epiſtola a* Io. Manardo *Ferrarienſi Medico* Marcello *noſtro miſſa, qua hunc de pluribus a ſe peractis in* Dioſcoridis *Latinam verſionem obſervationibus certiorem reddit. En eius initium = Marcello Virgilio viro doctiſſimo. Contigit, neſcio quo fato, Marcelle doctiſſime, ut paullo poſt quam Dioſcorides tuus ad nos pervenit, dolore pedum vexatus ſurgere e lecto per dies multos non potuerim. Cui malo non aliud magis praeſentaneum remedium inveniens, primum Tuae Interpretationis volumen ſine interſpiratione percurrens magnopere levatus ſum = Hiſce obſervationibus longa Epiſtola ms. apud nos reſpondit* Marcellus, *quae ita incipit = Ioanni Manardo Medico Ferrarienſi Marcellus Virgilius Salutem. Egregie vir &c Poſt tres annos, a quo tempore cum in agrum ab urbe proficiſcerer, importune ab equo lapſus, ſiniſtraque corporis parte laeſus, & altero oculo paene captus, nondum convaluiſſem, de Dioſcoride, qui tunc a me edebatur, hoc primum ab Te iudice eius audio; credebamque ego, non placuiſſe eius rei peritis, qualis Tu es, laborem illum meum, ſapienteque cenſura ab illis damnari &c. Obiit* Manardus *VIII. Nonas Martii MDXXXVI. De hac* Marcelli *verſione loquitur in Ep. data Nonis Februar. MDXVII.* Stephanus Philoponus *Piſcienſis, cognomine* Sterponus *in Ep. ſuis ineditis apud* Salvinum Salvinium *Can. Flor.*

*Stephanus Philoponus Leoniceno ſuo &c.*

*Marcellus Flor. publicus ſcriba, & doctor humanitatis ſtudiorum, homo in ſuo genere ſatis litteratus (eſt enim perpulcre Graece, ut aiunt, Latineque eruditus) vertit nuper, ut adſerit, Dioſcoridem in Latinam linguam, quem Hermolaus antea Latinum quoque fecerat, curavitque, quod item curat, eumdem novis Typis excuſum iri Florentiae. Quare cum quotidie ſedulo excudatur, non tamen prius exibit in publicum, quam ad Kal. Maias. Quaeſivit ex me perſaepe, quaeritque adhuc, & quotieſcumque homines offendimus, id quod frequenter accidit, an id operis ex ſe facti gratum tibi futurum arbitrer. Huic ego non gratum modo, verum etiam gratiſſimum, iucundiſſimumque futurum, dummodo emendatiſſimum exeat in manus hominum, nec uti Hermolai illud ditionum ſcatens, quod idem Marcellus pleriſque in locis remordet, efferatur in vulgus. Subrubuit homo ſua opinione non imperitus, nec mea quidem ſententia in grammaticis ignarus; viſuſque eſt mihi reformidare graviſſimum iudicium tuum, expolitiſſimamque doctrinam illam, quam & Hermolaus ipſe graviter ſenſit in Plinianis caſtigationibus Themiſticii, paraphraſi, &c. Sequitur in eodem codice autographa Oratio = Marcelli Virgilii R. F. primi Secretarii pro eligendo Imperatore exercitus Paullo Vitellio, & dandis illi Imperatoriis ſignis =*

*Eiuſdem Oratio, habita in principio Lectionis, cuius titulus* Nil admirari.

*Eiuſdem Oratio quae inſcribitur* de Riſu. *Eiuſd. Oratio De collocandis ad bonas artes iuvenum animis.*

*In privata* Mediceorum *Principum Bibl. extat eius Oratio De militiae laudibus, quam publice habuit, cum* Laurentio *Iuniori militaris ingenii inſignia traderentur in patria Vrbe; & Laudatio* Ant. Squarcialupi.

*Oratio in funere* Marſilii Ficini.

*Scripſit inſuper varia opera Medica, quorum Catalogum exhibet* Ant. Vanderlinden *De Scriptor. Medicis p. CCCCXXXVI.*

*Quam-*

Digitized by Google

*Quamplures viri doctiſſimi a* Nigrio *relati honorificentiſſimis illum elogiis decorarunt; hic vero tantum proferam, quod de eo legitur in Oratione quadam ms. in funere* Marcelli Adriani Io. Bapt. *Filii habita, ubi haec ad rem noſtram* = *Hic enim* ( *ideſt* Io. Bapt. ) *filium hunc ſuum inter alios in litterarum ſtudiis ob egregiam eius indolem a primis incunabulis inſtituit, imo, quod mirum eſt, veluti ſi ab eius ortu mirum filii ingenium praeſentiret, eodem Marcelli nomine illum cohoneſtare voluit, quo & pater ejus, & huius noſtri defuncti avus, primus a ſecretis Flor. Reip. numquam ſatis laudatus, nec ſatis laudandus, fuerat inſignitus. Ne expectetis, quaeſo, auditores, ut de Marcello avo, ac de* Io. Bapt. *patre huius defuncti aliquid in medium proferam, cum ea illius verſio Dioſcoridis, & in eundem librum commentarius mire perſpicuus talem eum oſtendit, ut non modo ſui temporis alios praeclaros viros exuperare viſus fuerit, ſed etiam iudicio ſummorum virorum, quibus eo tempore noſtra Civitas erat refertiſſima, auxilio, & ſumptibus Coſmi Medicis, ac Laurentii, etiam antiquos aequare fuerit aeſtimatus &c.* =

Marcelli *itaque fama cum longe lateque percrebuiſſet, Summus Pontifex* Leo X. *huius opera uti in rebus gravioribus decreverat; at cum iter Romam ſuſcepturus eſſet, multis laboribus, ac vigilis defatigatus, in morbum incidit levem initio, ſed ita gravem deinde eſt expertus, ut eodem interierit A. MDXXI. aet. ſuae A. LVII. Eius vero cadaver in Eccleſia S. Franciſci extra Florentiae moenia ad montem tumulatum fuit, hac adpoſita inſcriptione.* Marcellus Virgilius, Reipublicae Florentinae Secretarius ſibi Vxorique ſuae, & poſteris poſuit. Vixit annos LVI. menſes .... dies XXVII. obiit Kal. Decembris MDXXI.

= *Suprema nomen hoc ſolo*
*Tantum voluntas iuſſerat*

Pe-

*Poni: ſed hanc ſtatuam pius*
*Erexit haeres: neſcius,*
*Famae futurae, & gloriae*
*Aut nomen, aut nihil ſatis.* =

*Reliquit filium* Io. Baptiſtam, *qui eidem in docendi munere ſucceſſit; quique conſimili doctrina praeditus, tanti decoris laude dignus viſus eſt.*

*Inter ſcripta* Io. Bapt. Adriani, *haec ab eius filio* Marcello *iuniore de vita ipſius notata reperi, quae cum a* Rillio, *&* Nigrio *praetermiſſa fuerint, eodem ordine, quo ſcripta ſunt, hic proferam.*

= *Di Meſſer Virgilio, e di Madonna Piera degli Strozzi nacque Meſſer Marcello; del quale poi, e di Madonna Maria da Caſavecchia nacque Giovambatiſta addì* 10. *di Luglio* 1511. *a un ora e mezzo di notte.*

*Viſſe per pochi anni ſotto la cuſtodia di ſuo Padre, il quale nel* 18. *infermò, e divenuto immobile poco potette impiegarſi nella cura dei Figliuoli, et alla fine mancando lo laſciò di anni* 10. *nel qual tempo egli fu impedito gravemente degli occhi, e per più anni ſtette così, ma poi per forza del calor naturale queſta materia ſi divertì, e mutoſſi la ſua compleſſione in migliore; con tutto ciò ne rimaſe offeſo il ſenſo dell' udito.*

*Atteſe alli ſtudii della lingua Greca, e della Latina, le quali egli apparò con grandiſſima preſtezza; ma ſopravvenendo alla noſtra Città i tumulti, e le guerre, gli convenne pigliare diverſiſſima profeſſione da quella, a che ſi vedeva inclinato; nondimeno accomodandoſi alle condizioni de' tempi diedeſi a maneggiare l' armi, nelle quali giovanetto ancora eſſendo, e non più che di* 17. *anni, ſi portò valoroſamente, facendo tutto quello, che a buon Soldato ſi appartiene; e queſto li fu cagione di eſſere molto amato dal Sig. Stefano Colonna, e di eſſer veduto volentieri fra i primi*

Digitized by Google

*mi ſoldati della militia, come Dante da Caſtiglione, e 'l Borgia del Bene, e ſimili.*

*Andò a ſtudio a Padova l'anno* 1530. *dove per anni* 4. *ſtudiò Filoſofia, e fecevi tal progreſſo, che potette diſputare publicamente, e argumentare contro a chi ſoſteneva concluſione.*

*Fu in Padova intrinſeco del Contareno, praticò col Bembo, hebbe per amici Marcantonio Flaminio, il Varchi, il Caro, Meſſer Vgolino Martelli, i quali tutti ſi adunavano in caſa il Contareno, ragionando inſieme molto ſpeſſo, e quaſi per modo di Accademia, huomini tutti di non vulgare letteratura.*

*Diventò familiariſſimo in Padova de' Figliuoli di Filippo Strozzi, e principalmente di Lione.*

*Poi fu tornato da Padova udì per più anni Meſſer Franceſco Verini il vecchio in compagnia di Meſſer Franceſco Campana huomo molto pratico delle coſe del Mondo.*

*Fu amato molto da Meſſer Lelio Torelli.*

*Preſe per moglie una Figliuola di Franceſco Buonagratia l'anno* 1539. *la quale non laſciando di ſe Figliuoli maſti ſi morì.*

*L'anno* 1548. *fu condotto a leggere, nel che non ſi fermò la ſua provviſione, non ſi curando egli di ciò, avanti che non deſſi ſaggio di ſe, nel quale riuſcì di tal maniera, che dopo non molto tempo conſeguì provviſione honorata.*

*Preſe poi per deſiderio di ſucceſſione la ſeconda moglie, la quale in grado et in ogni altra coſa lo rendè contentiſſimo l'anno* 1552.

*Addì* 25. *d'Ottobre* 1566. *hebbe commiſſione di ſcriver la Storia.*

*Si eſercitò nella gioventù in comporre verſi Toſcani, e li riuſcì aſſai felicemente, come appariſce per buon numero di leggiadri Sonetti, alcune vaghe Canzoni, et una ſevera Tragedia &c. Compoſe inoltre molti verſi Latini, et Epitafi, il che monſtrano gli Edificii,*

*cii, e i Tempi, e i Sepolcri, che tutti portano ſcolpita la viva memoria di lui.*

*Fu eletto dal Gran Duca per uno de' regolatori della Fiorentina favella.*

*Fu teneriſſimo amatore degli amici, de' quali egli havea non piccol numero, e perchè e' ſopravvivette a molti di loro, più volte rimaſe trafitto dalle punture della perdita di eſſi; di che ti rende chiari una Elegia che egli compoſe in lode della villa, dove ei deplorò la morte di Agnolo Borghini Fratello di D. Vincenzo, la quale incomincia. Quando erit illa dies &c.*

*Sappiendo, che la verità è inſtrumento, col quale ſi acquiſtono riputatione gli hiſtoriografi, volle vedere i luoghi egli in perſona, dove ſeguirno le attioni delle guerre, quelli che per la lontananza però non haveſſino impedito la ſcrittura della Storia; e di quelli, che erano lontani, richiedeva da i natii di que' luoghi, o che là foſſer pratichi, inſtantemente informatione; e queſta era principal ſua cura.*

*Fu buon conoſcitore delle pitture, e delle figure di rilievo, et amatore degli arteſici d' eſſe, come è noto per quella lunga lettera, che egli ſcriſſe a Meſſer Giorgio Vaſari, dove molto dottamente da giuditio di aſſai pitture antiche, e moderne.*

*Non fu vago di parlar troppo ancora ne i primi anni ſuoi, come quelli, che ſopraprefo da i penſieri delli ſtudii non ſi laſciava ſvagare da coſa vegnente.* =

Obiit *A.* M CLXXIX. *aet. autem ſuae LXVII. ut* Tuanus *Tom. II. Hiſt. ſub eodem anno, ac* Franc. Bocchius *in Elogiis. Laudavit eum, cum nobiliſſimorum, ac doctiſſimorum hominum concio advocata eſſet, inſigni Oratione, quae autographa a nobis adſervatur,* Franc. Boncianus *in Templo D.* Mariae, *cui ab* Alberighia *familia nomen eſt, qui locus publico gymnaſio paene ſubiectus, ubi docuerat* Io. Bapt. *XXX. annorum intervallo, non ſine cauſa delectus eſt, ut paene ibidem laudaretur, ubi ad aliorum emolumentum glorioſis ſe laboribus*

*bus exercuerat. Praeter alia multa ingenii ſui monimenta, quae a* Rillio *in Elogiis Viror. Illuſtr. Flor. Acad.*, Nigrio, *aliiſque memorantur, vidi egomet in privato Archivo* Petri Donii, *celeberrimi illius* Io. Bapt. *heredis, LX. & amplius mss. orationes ab ipſo de diverſis argumentis in Flor. Atheneo habitas, & ampliſſima inſuper Commentaria, ac doctiſſimas Obſervationes in univerſa* Ariſtotelis *Graeca opera ab* Iunctis *Flor. impreſſa.*

*Filium reliquit* Io. Baptiſtam Adrianum Iuniorem *dictum, qui Epiſtolam quamdam* Petro Strozae *Apoſtolicarum Litterarum Pontifici a Secretis inſcribit XVII. Kal. Dec. MDIV. qua ei gratias de conlato ſibi Beneficio agit, ſubditque deinde = Praeterea Deum Opt. Max. pro Te ex animo precabor, ut ea omnia praeſtet, quae tuis maxime rationibus conducant, operamque dabo, ut accurate, ac ſedulo ea perficiam, quae praeſertim annueris; mihique ob oculos proponens Marcellum Patruum, eiuſque ſuaviſſimos ac doctiſſimos mores ad imitandum ſuſcipiens, quorum olim ſuavitate, ac praeſtantia amore captum, vehementer adamaſſe, ac placuiſſe fama accepi, ſic me ad illorum exemplar effingam, ut Tibi placere, ac gratus eſſe queam. At interim humaniorum litterarum ſtudia, quibus adhuc ſum verſatus, ſectabor: cum autem tempus opportunum exiſtimabis, ut ad Dialecticam, & ad alias ſcientias animum adiungam, tunc, ea qua per me fieri poterit diligentia, ſic in iis verſabor, ut, ſi ingenii mei imbecillitate, ad maiorum meorum praeſtantiam accedere non detur, neque iiſdem eximiis virtutibus ornatus, in conſpectum tuum progredi, enitar, ut tuis commodis inſervire valeam &c. = Habeo & inter Schedas meas aliam eiuſdem Epiſtolam* Petro Strozae *graeco Sermone conſcriptam: tanta erat ea tempeſtate Florentinorum Nobilium, quod hodie contra evenit, in litteris proficiendi cupiditas: Libros praeterea duos de Florentinae Iuventutis Inſtitutione, eoſque vernacula lingua eleganter exaratos.*

*Patris Cathedram obtinuit, ſummaque cum laude profeſſus eſt, ut videre eſt ex excerptis, quae ex oratione in eius obitu dicta ms. apud nos deſumpſimus, & hic referenda exiſtimavimus = Natus eſt igitur hic Marcellus Iunior ad litterarum ſtudia, ad ingenuas doctrinas comparandas, & ad bonas artes excolendas. Ideo cum per aetatem licuit, ſummo amore ab eius Genitore, & ſumma eruditione in Latinis, & Graecis litteris fuit inſtitutus, brevique tales in ſtudiis progreſſus fecit, ut potius cuncta reminiſci, quam addiſcere videretur. Et ſane in puerili illa aetate aliorum adoleſcentium invidiam non perſenſit, etſi ceteros eiuſdem ordinis nobiles adoleſcentes a tergo ſibi relinqueret; nam tanta fuit in eo cum diſcendi cupiditate, & ſtudio in omnes humanitas, & morum probitas, ut potius ab eis collaudatus, quam invidia laceſſitus fuerit. Cum vero iniunctum deinde eius patri fuiſſet officium a Sereniſſimo Principe hiſtoriae conſcribendae, quamvis etiam & publicum docendi litteras officium non omiſiſſet, ſtatuit iam ſatis eruditum filium Petro Victorio commendare, ut ex illo praeclariſſimo ſene, veluti ex praeclariſſimo fonte, Graecarum litterarum ſapidas aquas hauriret. Quantum vero ſub Victorio viro ſumma gloria, & in omne ſaeculum duraturo profecerit, ex illius fructibus in graeco idiomate quilibet facile iudicium ferre poterit, qui ſuo libitu nonnullas Euripidis Tragedias ab eo in Latinum verſas legere voluerit. Atqui ne tantummodo cum politioribus Muſis obverſaretur, voluit etiam Ioannes Baptiſta pater, ut rerum cognitionem cum eloquentia coniungeret. Quare in Piſanum Gymnaſium eum mittendum curavit, ut Philoſophiam ſimul, & rectam vivendi rationem nanciſceretur. Ipſe vero ne a calce ad metam non mutatis equis curſum abſolveret, prius Logicae, & Rhetoricae facultati operam dedit, ut hoc firmo auxilio recta ſuopte ingenio Philoſophiae penetralia ingrederetur. = Et infra = Ut tamen ad aliqua explicanda accedam;*

*illud*

*illud non reticebo, cum Piſis ſumma cum omnium iocunditate degeret (paucis enim multa perſtringam) hunc non ad ocium, ſed ad negocium, non ad deſidiam, ſed ad virtutem natum, atque etiam boneſtatis amicum, circumſpectum, induſtrium, amicis iocundum, fuiſſe ſemper ab omnibus iudicatum. Habetis credo, viri, & adoleſcentes nobiliſſimi, quibus felicitatis gradibus ſit Marcellus noſter, dum alios audivit, nactus immortale nomen. Nunc vero quaeſo, accipite, dum alios docuit, quae ſpectatae virtutes in eo redundarunt. Cum igitur illius fama percrebuiſſet, & ſe iam in urbem recepiſſet, functo patre, ſtatim illius honorificum ſuggeſtum honorificentiſſimo ſtipendio, iuvenis adhuc, a ſapientiſſimo Duce noſtro eſt conſecutus. = Sub finem vero huius Orationis ita de ſcriptis ab eo Operibus ſit mentio: = Multa illius extant in plurimas Horatii Odas, in aliquot Virgilii Libros erudita, & docta Commentaria, quorum partem, qui eum publice legentem audierunt ſumma cum voluptate ſubadorarunt. Sed ut patriae ſuae, & patrio idiomati aliquid etiam ſplendoris afferret, Demetrii libellum de Eloquutione e Graeca lingua, & complura Plutarchi opuſcula mira ingenii dexteritate in Florentinum ſermonem convertit. Qui optimi illius ingenii foetus, ſi parumper admodum ei vitam agere licuiſſet, in communem utilitatem non ſine maximo eius honore divulgaſſet. Sed proh dolor, quam ſaepe intempeſtivi, ac repentini obitus ſpes noſtras fefellerunt! Vix enim optimus hic vir quinquageſimum annum attingens per omnia egregius, & admirabilis, & qui diuturnum tempus vivere ad communem utilitatem debuiſſet, ſtatim, ac repente maximo omnium etiam dolore eſt nobis ereptus &c. =*

*Habes deinde, Amice Lector,* Nic. Machiavelli *Narrationem Florentinae Reipubl. Dominis miſſam A. MDVIII. in qua de* Maſſimiliani *Imperatoris, aliorumque Germaniae Principum viribus opibuſque diſſeritur, maxima ex parte ineditam.*

Nicolaus *igitur noſter Politicorum omnium poſt Graecos, ac Latinos facile princeps, de quo multa, ſed obſcure admodum ſcripta ſunt, natus eſt Florentiae V. nonas Maii MCCCCLXIX. hora IV. noctis, patre* Bernardo *I. C. patricii generis, Marchiae deinde Anconitanae Quaeſtore, matre vero* Barptolemaea *e nobiliſſima* Nelliorum *familia. Cum ab ineunte aetate ingenio eſſet ſummus, ac iudicio peracutus, ſibi, duce praeſertim* Marcello Virgilio *viro doctiſſimo, cui a ſecretis loco erat, litterarum gloriam facile adiunxit: a nobis enim adſervantur* Machiavelli *plures Epiſtolae lituratae plurimum pro Rep. Flor. praecipue dum Bellum in Piſanos a Florentinis gereretur, ſcriptae. Dubitari tamen quorumdam iudicio poteſt, exquiſita ne litterarum Graecarum, Latinarumque cognitione caruerit, an earum dumtaxat oſtentatione.* Iovius *in Elog. qui eius eloquentiam valde laudat, ait, ſermonem patrium novis planeque Atticis vinculis adſtrinxiſſe. Verum, quod* Machiavellus *ipſe profeſſus ſit, graecarum ſe literarum, latinarumque rudem fuiſſe,* Iovius *aſſerit, ſibique vult credi.* Campanella, Becmanus *Meditat. Politic. Lib. I. §. VI. &* Voetius *omnium ſcientiarum imperitiſſimum perperam vocant. Id quoque ſentire* Alb. Gentilis *de Legationibus Lib. III. Cap. VIII. videtur: reliquos nec quaero, & taceo. Contra, nonnulli eum ſummis elogiis proſequuntur, quae apud* Magirum *videre poteris in Eponymol. Critic. p. DXLV. Alii eum eruditum volunt, at minus eloquentem, & in primis* Conringius *in Praefatione ante Principem* Machiavelli *a ſe editum, qui ipſum adeo fuiſſe doctum teſtatur, ut &* Ariſtotelis *Libris in Politicis nimis uſum accuſet; contra, eloquentiae & rudem, & incurioſum fuiſſe contendat. Quod ad eloquentiam, condonemus homini Germano, qui Etruſcae dictionis veneres adſequi non potuerit; quod vero ad literarum peritiam, illum in antiquorum librorum lectione plurimum fuiſſe verſatum, ex eius operibus luce clarius apparet. Conſtat*

*pri-*

Digitized by Google

*primo Comoediis, eum inter Graecos* Ariſtophanem, *inter Latinos* Plautum, *&* Lucianum *imitatum fuiſſe, ut quam apertiſſime oſtendit* Io. Frideric Chriſtius *Lib. I. de* Nic. Machiav. *& doctiſſimus* Bruckerus *Hiſtor. Philoſoph. Tom. IV. Per. III. Parte II. Lib. II. Cap. V. §. VI. Inſuper eloquentiae exemplar, & pro libertate inſignem animum, quo Hiſtoriarum libros* Livium *ſectatus, &* Tacitum *compoſuit, e Romanis dicas hauſiſſe; neque alia de cauſſa a Latino Sermone in Libris exarandis abſtinuiſſe, niſi quod, etiam antiquorum exemplo, indignum bono cive putaret, tum patrio ſermone, eoque ſat culto commode uti poſſet, alii cuivis linguae addere dignitatem malle, ut inferius videbimus. Ceterum cum publico literarum pro Rep. ſcribendarum officio ſub* Marcello Virgilio *laudabiliter fungeretur, habemus etiamnum in Officio vulgo* delle Riformagioni *quamplures Epp. ab ipſo conſcriptas, inter quae non pauca Latine legas, unde* Machiavellus *ab illata ei iniuria vindicari facile poſſit. Facetus erat,* Varchio *teſte Lib. IV. Hiſtor. plurimumque apud* Caeſarem Borgiam, *a quo benevole exceptus eſt, valuiſſe conſtat, cuius artes ex ſchola* Machiavelli *fuiſſe, nulla tamen auctoritate, plerique contendunt: ſunt tamen, qui veriſimilius negent. Honores in Vrbe patria geſſit, Italiam, Germaniam, Galliam peragravit, ſummis rebus adhibitus a Florentina Rep. de quibus* Scipionem Ammiratum *in III. Hiſtor. Lib. conſulere poteris. In Bibliotheca* Gaddia *perhonorifica* Machiavelli *electio, & ut vocant, inſtructio, qua ad Galliae Regem mittitur, adſervatur, ut teſtis eſt* Iac. Gaddius *Tom. II. de ſcript. non Eccleſiaſt.*

*Ea vero ita incipit* =

*Die XVIII. Iulii MD.*

*Magnifici Domini &c. Intelligentes multis de cauſſis oportere non litteris tantum, ſed per eos etiam,*

*qui*

*qui in Caſtris Gallicis fuiſſent, excuſare, purgareque multa, quae obiicerentur Reip. ob quae receſſum eſſet ab obſidione Piſanae Vrbis, elegerunt Franciſcum Caſam & Nicolaum Machiavellum ſecretarium ſuum, ambos nobiliſſimos Cives Flor. dederuntque illis in hac ſua legatione ea mandata, quae infraſcripta ſunt, & cum ſalario uno quoquo die, videlicet Franciſco Caſae librarum octo Florentinorum parvorum, & Nicolao Machiavello, ultra eius ſalarium ordinarium ad rationem florenorum largorum in groſſis uno quoque menſe &c.*

Franciſcus *reverſus eſt die VII. Martii MD.* Nicolaus *vero die XIV. Ianuarias eod. anno.*

*In noſtra* Bibliotheca *pro Rep. Epiſtola ſcripta legitur, ſed* Machiavelli *manu, quaa eſt huiuſmodi.*

= Oratori apud Christianiſſimum =

*Magnifice Orator. Queſta mattina abbiamo ricevuto una voſtra de' 30., & viſto quanto abbiate ſcritto al Pubblico, in che commendiamo grandemente l'affezione voſtra nel particulare, e la diligenza nel pubblico; facendovi intendere, che il Machiavello fu mandato coſtì, ſolamente per moſtrare quanto ſi ſtimava e preſenti, & aminenti pericoli, non perchè egli poteſſe far meglio o più di voi: ma perchè ſi demoſtraſſi con tal venuta, che le coſe noſtre erono in termine, che non ſi potevono, & non ſi dovevono exprimer per lettera &c.*

*Florentiae die III. Febr. MDIII.*

*Idem* Gaddius *l. c. ſe Epiſtolam quamdam legiſſe adſerit, patentem vocant ampliſſimam, in qua Florentinus Magiſtratus, vel ſummus, vel ſummo par, qui in bellicis negociis preaerat, militum ductoribus imperat, ut* Machiavello, *tamquam ipſi magiſtratui, obediant. Illa, quae ſcripta fuit die XXIII. Iunii MDXII. ita incipit* =

*Nic-*

Digitized by Google

*Niccolò di Meſſer Bernardo Machiavelli noſtro Cittadino, e Secretario, il quale noi mandiamo noſtro Commiſſario in tutta Valdichiana &c.*

Mariettam Ludovici *filiam* Corſiniam *ſibi Connubii vinculo coniunxit, a qua plures ſuſcepit filios. Incumbentibus deinde in Remp. ſaeviſſimis temporibus, exactoque* Petro Soderinio, *ut qui optimatum pro Libertate partium eſſet, iniquis* Mediceorum *quaeſtionibus afflictus, cum populi fidem expertus eſſet ambiguam, popularis haberi deſiit. Sed nihil magis famae* Machiavelli *nocuit, quam Libellus* de Principe *conſcriptus, quo* Mediceis *ſuaſerat, ut Italiae totius regnum capeſſerent: unde invidiam conflare Florentinae Libertatis principibus coepit. Verum, etſi* Mediceas *partes ſequi videretur* Machiavellus, *participem tamen fuiſſe conſtat coniurationis in* Mediceos *Principes a* Petro Paullo Boſcholio, *& ab* Auguſtino Capponio *excogitatae, unde* Nicolaus *in publicos carceres detruſus, equuleum invicto animo pertulit, quin proderet quicquam. Quin etiam* Iac. Nardius *Lib. VII. Hiſtor. ſuſpicatur, ſe in alia quoque coniuratione in* Iulium Card. Mediceum *a nonnullis magnae eruditionis, ac cordati animi iuvenibus excogitata, in hortis Oricellariis, quo omnes ſtudiorum gratia conveniebant immiſcuiſſe. Haec autem infelici auctorum fato detecta fuit A. MDXXIII. quare* Nicolaus *fugam arripere coactus eſt. Nihilotamen minus in* Mediceorum *gratiam rediiſſe videtur* Machiavellus, *cum* Laurentio Mediceo *Vrbini Duci* Principis *Librum*, Clementi VII. *Hiſtorias Florentinas dicaverit. Quapropter poſtquam* Caroli V. *Imp. armis, ac ſuadente* Clemente VII. *libertas civium funditus erepta eſt, eo magis aucta populi in* Machiavellum *invidia, quo veluti praeceptore ea fieri putabant, diverſis rerum eventibus afflictus, cum ſe praecipue* Donato Iannoctio *in primi Secretarii munere poſthabitum vidiſſet, exceſſit ex rebus humanis, aetatis A. LXVIII. A. ut* Nigrius *putat,*

Digitized by Google

*tat*, *MDXXVI.*, Varchius, *MDXXVII.* Iovius *vero A. MDXXXI. fatis ceſſiſſe aſſerit, cum accepto temere pharmaco, quo ſe adverſus morbos praemuniret, vitae ſuae iocabundus illuſiſſet. Verum ex publicis necrologiis conſtat*, Machiavellum *ad ſuperos evolaſſe* X. *Kal. Iul. MDXXVII. & ad* S. Crucis *fuiſſe tumulatum: qua in Eccleſia obſervatione dignum eſt, trium poſt plura ſaecula virorum inſignium cineres adſervari*, Angeli *videlicet* Bonarrotae *primi poſt Graecos, ac Romanos artifices ſculptoris*, Galilaei Galilaei *Mathematicae*, *&* Nicolai *noſtri Politices ſummi inſtauratoris*.

*Parum autem pie obiiſſe, rumor eo tempore in vulgus emanarat, narrantibus nonnullis apud* P. Bayle, *dixiſſe eum morti proximum, malle ſe cum viris magnis in Inferno conſidere, quam cum hominibus ſimplicibus*, Petro, Paullo, *& mendicis aliis in Coelo triumphare. Alii Sacramentis Eccleſiae illuſiſſe tradunt; alii denique maleferiati homines alia profana eidem affricant; quae omnia conſulto ad eius memoriam foedandam fuiſſe conficta doctiſſimus* Bruckerus *iure ſuſpicatur loc. cit. Verum id clarius evincitur, ex Epiſtola quam mihi humaniſſime communicavit* Io. Bapt. Nellius *Patricius Flor. ſcripta ad* Franciſcum Nellium *in Piſana Academia Iuris Caeſarei, & Pontificii profeſſorem, quae eſt huiuſmodi.*

Cariſſimo Franceſco.

*Non poſſo far di meno di piangere in dovervi dire come è morto il dì XXII. di queſto meſe Nicolò noſtro Padre di dolori di ventre, cagionati da uno medicamento preſo il dì XX., laſcioſſi confeſſare le ſua peccata da frate Matteo, che gl' à tenuto compagnia fino a morte. Il Padre noſtro ci à laſciato in ſomma povertà, come ſapete.*

Quan-

*Quando farete ritorno quaſsù, vi dirò molto a bocca: O' fretta, e non vi dirò altro, ſalvo che a voi mi raccomando.*

*MDXXVII.*

*Voſtro Parente*
*Pietro Machiavelli.*

*Extra legitur ſpectabili viro Franciſco Nellio Avocato Florentino in Piſa.*

Antonius Vacca *hoc eius tumulo Epigramma adponendum compoſuit.*

*Quiſquis ades, ſacro flores & ſerta ſepulcro*
*Adde puer, cineri debita dona ferens.*
*Nam veteres belli, & pacis qui reddidit artes*
*Iampridem ignotas regibus, & populis,*
*Hetruſcae Machiavellus honos, & gloria linguae*
*Hic iacet: hoc ſaxum non coluiſſe nefas.*

*Atq. Hic praeferenda ſunt nonnulla, ad eius mortem pertinentia, quae tamen ſuſpectae fidei ſunt, & habentur in Epiſtola mss.* Io. Bapt. Buſini *ad* Benedictum Varchium *miſſis, quae extat cum multis aliis eiuſd. auctoris in Bibliotb.* Magliabech. *Data Romae die XXIII. Ianuar. MDXLIX.*

*Il Machiavello fuggì di Roma, e giunſe coſtì, eſſendoſi recuperata la libertà: cercò con grande inſtanza di entrare nel ſuo luogo de' Dieci;* Zanobi, *e* Luigi *lo favorirono; ma* Meſſer Baldaſſarre, *e* Niccolò *di* Braccio *lo disfavorirono, e l' univerſale per conto del ſuo Principe l' odiava. Ai ricchi pareva, che quel Principe fuſſi ſtato un documento da inſegnare al Duca tor loro tutta la roba, e ai poveri tutta la libertà. Ai piagnoni pareva, che ei foſſe Eretico, ai buoni diſoneſto, e ai triſti più triſto, o valente di loro, talchè ogn' un l' odiava: ma* Zanobi (*ideſt* Bondelmontius) *e* Luigi (*ideſt* Alamannus) *come grati ſi ricordavano dei benefizi ricevuti, e delle virtù loro, e non*

 *ſape*

*apevono i vizi ſuoi, perchè fu diſoneſtiſſimo nella ſua vecchiaia, ma oltre all'altre coſe goloſo, onde uſava certe pillole, avutane la ricetta da* Zanobi Bracci, *col quale ſpeſſo mangiava, Padre dell' Abatino. Ammalò, come accade, parte per dolore, parte per l'ordinario. Il dolore, era l'ambizione, vedendoſi tolto il luogo dal Giannotto aſſai inferiore a Lui, il quale vi fu meſſo, e favorito da* Anton Franceſco, *perchè lo lodaſſi; da* Tommaſo, *perchè prometteva eſſer mezzano di dare una ſua figliuola a* Franceſco Naſi; *da* Niccolò *per la medeſima ragione, ondo giocò di due fave un lupino; da* Alfonſo *per amor di* Tommaſo. *Ammalato cominciò a pigliare di quelle pillole, ed a indebolire, ed aggravar nel male; onde raccontò quel tanto celebrato ſogno a* Filippo, *a* Franceſco *del* Nero, *e a* Iacopo Nardi, *e ad altri, e così morì, maliſſimo contento, burlando. Dice* Meſſer Piero Carneſecchi, *che venne ſeco da Roma con ſua ſorella, che l'udì molte volte ſoſpirare, avendo inteſo, come la Città era libera. Credo, che ſi doleſſe de' modi ſuoi, perchè in fatti amava la libertà, e con laldi ſtraordinariſſimamente, ma ſi doleva d'averſi impacciato con Papa* Chimenti. *Morì avanti la peſte. Et in Ep. Dat. die XVI. Februar. MDXLIX. ubi de Fratre* Hieronymo Savonarola *loquitur, id de Machiavello refert. = Il Machiavello diceva, e Filippo ancora, che i Profeti diſarmati tutti capitan male, e che fra Girolamo doveva armarſi, come fece Moisè, e valerſi di Franceſco Valori; come quello di Ioſuè. Conchiudo così ſe &c.*

*Riccius de ipſo haec memoriae prodidit in Vol. ſignat. Quartiere di S. Spirito pag. CLX. = Niccolò di Meſſer Bernardo Machiavelli, quello che ſcriſſe le Iſtorie, fu Segretario della Signoria dall'anno MDXII. accettiſſimo all'univerſale, e molto amato da Piero Soderini; fu remoſſo dalla Segreteria, & eſſendo povero, e carico di filiuli, e non eſſendo adoperato dallo ſtato de' Medici, come al paſſato, gli convenne, trattenen-*

*tenendoſi in villa, e in Firenze, paſſarſela al meglio, che poteva. Oltre alle Storie Fiorentine repartite in VIII. libri, con li quali ſi conduce ſino all' anno MCCCCXCIV. ſcriſſe un libro* de' Diſcorſi, *altro* dell' Arte della Guerra, *e un Trattato* del modo, che devono tenere li Principi nuovi nello conſolidarſi nelli Stati. *Compoſe due Commedie, la* Mandragola *invenzione nuova, e la* Clitia, *che è la* Caſina *di* Plauto; *compoſe ancora pigliando il concetto dalla* Aulularia *di* Plauto *un' altra Commedia detta la* Sporta; *ma perchè gli fragmenti di eſſa reſtarono in mano di Bernardino di Giordano, eſſendo capitati alle mani di* Gio. Bat. Gelli, *aggiuntovi certe poche coſe, la diede fuora per ſua. Compoſe ancora certi* Capitoli, *& una* Novella *di un Diavolo, che preſe moglie, che vanno tutti ſtampati inſieme, e di più compoſe ad iſtanza di Meſſer* Virgilio, *& ad imitazione delle* Nebule, *& altra Commedia di* Ariſtofane, *un Ragionamento a foggia di Commedia, e in atto recitabile, e lo intitolò le* Maſchere, *che l' originale ſi ritrova appreſſo di me fragmentato, & non perfetto, e tanto mal concio, che io non l' ho copiato, ſiccome ho fatto di molte altre coſe ſue, Diſcorſi, e Lettere non ſtampate; e credo anco non lo voler copiare, perchè ſotto nomi finti, va lacerando, e maltrattando molti di quelli Cittadini, che nel MDIV. vivevano ec. Inferius.*

*Niccolò Machiavelli detto, incolpato di eſſer complice del Trattato fatto contro li Medici, da Pietro Pagolo Boſcholi, e da Agoſtino Capponi, fu meſſo in carcere, vi ſtette molti giorni, toccò quattro tratti di corda, e nella Creazione di Leone X. in quella pubblica allegrezza, fu libero, ma confinato dentro allo ſpazio di X. miglia fuori di Firenze.*

*Neſcio vero quo fato factum fuerit, ut eiuſmodi vir, tantaque ingenii praeditus gloria, tam adverſam fortunam ſortitus fuerit, ut ſummam egeſtatem pertulerit: Amicos habuit praeter ceteros* Iac. Diaccetum,

Io. Canaccium, Io. Corſinium, Petrum Martellium, Franc. Vittorium, Franc. Guidettium, Aloyſium Alemannium, Zenobium Buondelmontium, Ant. Bucciolum, Alamannum Salviatum, & Franc. Guicciardinium, *cuius Epiſtolae duae, quarum prima data eſt Faventiae die XXVII. Decembris MDXXV. altera Placentiae die XII. Novembris MDXXVI. extant in Bibliotheca noſtra* Machiavello *noſtro ſcriptae. Quamobrem etiam in illis* Guicciardinii *egregiis Hiſtoriae Libris plurimum* Machiavello *ſine dubio debemus: ea omnia Etruſce conſcripta,* Iulii Nigrii *temporibus apud diverſos repoſita extitiſſe, ex illius Commentariis de Scriptoribus Flor. intelligimus.*

*Plura* Machiavellus *vernacula lingua conſcripſit, quae deinde in Latinam, Anglicam, Gallicam, ac Germanicam verſa prodierunt.*

*Scripſit itaque* Hiſtoriam Florentinam *ab A. MCCXV. ad A. MCCCCXCIV.* Clementi VII. *dicatam. Venetiis prodiit A. MDXXXVI.* Hieronymus Turlerus *I. C. Alemannus priorem huius Hiſtoriae Librum Latine vertit, ac publici iuris fecit Baſileae A. MDLXIV. typis* Lazari Zetzveri*: quem cum ab eruditis ſummo excipi plauſu videret, totam Hiſtoriam Latinam reddere aggreſſus, eam edidit annum circiter MDCX. Edita quoque fuit Lugduni Batavorum apud* Hieronymum de Vogel *A. MDXLV. vitaeque* Caſtruccii *coniuncta.*

Franc. Donius *in Opuſculo cui titulus = Raccolta di varj detti ſentenzioſi di Uomini illuſtri Fiorentini al Sereniſſimo Franceſco Medici Principe di Firenze Kal. Martii MDLXI. ms. in Archivo* Doniorum *noſtrae Vrbis, haec de* Nicolao *refert. = Di Niccolò Machiavelli ſi racconta, che quando ſi poſe a ſcrivere la mirabile Hiſtoria ſua, egli andava, come molti Scrittori fanno, agli Amici, & a Parenti, & ai prudenti Uomini dimoſtrandone qualche particella, acciocchè ne deſſino giudizio, l' emendaſſero, o inſegnaſ-*

ſero

*ſero qualche onorato ricordo. Fra molti, che le viddero, e lodarono, vi fu un dotto, e letterato, il quale poichè ebbe viſto il modo raro, pieno di comparazioni, ſimili, & esempli, lo ſtile candido, pieno di numeri, e di dolce ſuono, lodò le parole vere, moſtrò le metafore, che erano chiare, e le allegorie ben conteſte, e poi diſſe = altro non ci manca, ſe non che la Hiſtoria voſtra la facciate Latina. Le quali parole conſiderando, riſpoſe = E fu già un Re de' Lacedemoni, e ſe ben mi ricordo fu chiamato Agaſicle, al quale un ſuo famigliare, che ſapeva, che egli avea deſiderio d'imparare diſſe: perchè non pigliate per maeſtro il Sofiſta Filofane? Non, riſpoſe il Re, perchè io voglio eſſer diſcepolo, di cui ſon figliolo. La mia lingua ſarà Fiorentina, Signor mio caro, per ora, e non Romana.*

*Operis hujus autographum, IV. Libris mutilum, itidemque aliud exemplar nitidiſſime exſcriptum extat in Bibl.* Medic. Laur. *idemque profecto eſt, quod* Clementi VII. *obtulit, & aliud denique in Bibl.* Magliabechiana *viſitur ineunte ſaeculo XVI. exaratus. Cl. XXV. Cod. LXXXV.*

*In eadem Bibl. proſtat Liber* De Principe, *Cod. Chartac. in 8. Hujus initio Epiſtola legitur hunc praeferens titulum* = Blaſius Bonaccurſius Pandulfo Belluccio Salutem. = *Incipit = Intra gli altri ec. = infra vero haec habet = Sendomi tu non ſolo amico, ma protettore ti mando l'operetta compoſta nuovamente de' Principati dal noſtro Niccolò Machiavelli, nella quale tu troverai con ſomma dilucidazione, e brevità deſcritto tutte le qualità de' Principati, tutti e modi a conſervarli, tutte le offeſe di eſſi con una eſatta notizia delle Storie antiche, e moderne, e molti altri documenti utiliſſimi in modo, che ſe tu la leggerai con quella medeſima attenzione, che tu ſuoi le altre coſe, ſono certiſſimo ne troverai non piccola utilità nel*

*In*

Digitized by Google

*In hoc* Nicolai *noſtri Opere, quod habemus cum* Hermanni Conringii *Animadverſionibus Helmſtadi MDCLX. mirantur omnes acumen ingenii ſingulare: aſtutum tamen, ac temerarium potius politicum, quam prudentem eius auctorem dicunt, eo quod tyrannicas artes ſuo Principi commendet: ex quo factum eſt, ut non paucos nactus fuerit adverſarios.* Franc. Hottomannus *auctor habetur* Commentariorum de Regno, aut quovis Principatu recte adminiſtrando: *qui politica doctrina referti, A. MDCLXXVII. prodiere.* Innocentius Gentilletus *in* Antimachiavello *ſuo, Lauſannae edito A. MDLXXI. magis eius impietatem, quam errores politicos redarguit. Extat quoque incerti auctoris* Commentarium de Regno recte adminiſtrando, Nicolai Machiavelli *Principi oppoſitum Vtopiae A. MDCLV.* Petrus Ribadeneira Principem Chriſtianum *ſcripſit adverſus eundem, Moguntiae MDCIV. ſed imbecillis nititur principiis. Minoris notae ſunt* Thomas Bozius de Imperio virtutis, & robore bellico contra Machiavellum *Coloniae MDCI.* Claudius Clemens in Machiavelliſmo iugulato *Compluti MDCXXXVII.* Io. Laurentius Lucheſinius Scrutinium *edidit* Stultitiae Machiavelli *Romae MDCXCVII. in quo impia, & perverſa dogmata, quae* Machiavello *imputantur, notare adgreſſus eſt, ita ut ipſi opponat* Salomonis *Proverbia, ex horum paralleliſmo ſingula refellens.* Apologiam *vero pro* Nicolao *noſtro ſcripſit* Caſpar Scioppius *in* Paedia Politices *ab* Hermanno Conringio *edita Helmſtadi MDCLXIV. &* Amelot De la Houſſare *in Praefatione ante Principem* Machiavelli *Gallice a ſe verſum. Demum nuperrime anonymus auctor in eius cineres arma movit, Libello, cui titulus:* L'Antimachiavelle ou examen du Prince de Machiavel. *A Londres MDCCXLI.*

De Re militari Libros VIII. *elucubratus eſt, ad* Laurentium Strozzam *Patricium Flor.* Philippi *F. miſſos. Horum VII. e Thuſco in Latinum Sermonem ver-*

*verſus per* Io. Morelium *Paryſinum*, *diſtinguit* Geſnerus *in Bibliotheca a* Diſputationibus, *quas* Sermones *appellavit*, *de rebus a* Tito Livio *prima Decade ſcriptis*. *In his antiquiſſimam illam veterum Romanorum virtutem*, *tamquam in compendium redactam expreſſit*, *& ad imitandum propoſuit*; *& quare noſtro aevo praeclara huiuſmodi facinora non patrentur*, *in propatulo collocavit*, *ut totius Hiſtoriae ſuccum in iis comprehendiſſe videatur*. *Prodierunt iſtae Latine redditae Lugduni Batavorum apud* Hieronymum de Vogel *MDCXLIII.*

Vitam etiam Caſtruccii, *conſcripſit*, *quae ms. extat in Bibl.* Medic. Laur. *prodiit vero Tiguri MDXXX. & MDCX. nec non Commentariolum* De Rebus Alemanniae, & Galliae, De Vitellottii Vitelli obitu &c.

*Quamplures deinde Comoedias*, *ſtyli ſuavitate*, *ac varietate inventionis percelebres compoſuit*, *quae a* Nigrio *loc. cit. memorantur*.

*Eae vero ſunt*.

La Clizia *ms. in Bibl.* Riccardiana, *ubi quoq. eiuſdem Rithmus*, *cui titulus* Canto dei Romiti *adſervatur in Chodic. Chartac. in fol. O. III. n. X.*, *& enarratio inſcripta = Ritratti delle Coſe della Francia Cod. Chartac. in fol. G. II. n. IV. La Clitia vero Florentiae*, *Pariſiis*, *Romae*, *alibique impreſſa fuit*.

La Mandragora : *Has quidem fabulas*, *cum Florentiae actae*, *miri leporis famam fuiſſent adeptae*, *Romae iterum agi iuſſit* Leo X. P. M. *Sed cum in his Cucullatorum*, *ac Clericorum mores acri ſtylo*, *in* Mandragora *praeſertim*, *reprehendantur*, *adeo univerſo iſtorum Ordini diſplicuere*, *ut* Machiavelli *famam labefactatum totis viribus inruerent*.

*Habemus etiam*. =

La Sporta.

Le Maſchere *ms.*

Il Segretario *ms. apud* Riccios, *apud quos alia quoque eiuſdem ſcripta reperiri, ac praecipue integrum Epiſtolarum volumen, mihi adſeveravit.* Salvinus Salvinius *Canonic. Flor. Vir Cll. Atq. utinam ea perluſtrandi facilior aditus pateret. Inter ſchedas noſtras, eiuſdem adſervatur Ep. data Romae Die VIII. Sept. Blaſio Cancellario Florentiae, qua* Lucretiae Alexandri VI. Pont. *Filiae ſponſalia graphice, ac pungenti ſtylo depingit. In Bibl.* Magliab. *extat Cod. Chart. in 8. autographus, in quo legitur* Fabula Diaboli uxorem ducentis, Verſio Andriae Terentii, *deinde* Poematium *octavis XXXII. conſtans, cui titulus* Serenate. *Incipit.* =

*Salve Donna tra l' altre donne eletta,*
*Exemplo rado di bellezza in terra,*
*O unica Fenice, alma perfetta,*
*In cui ogni beltà ſi chiude, e ſerra,*
*Aſcolta quel, che il tuo ſervo ti detta,*
*Poichè con gl' occhi gli fai tanta guerra,*
*E credi, ſe tu vuoi eſſer felice,*
*Alle vere parole, che ti dice. ec.*

*In* Medic. Laur. *Bibl. Cod. proſtat membranac. in 8. cui titulus* Il Decennale. *Praemittitur huic Epiſtola, quae, cum in editis deſideretur, digna eſt, quae referatur.* =

*Nicolaus Machiavellus Alamanno Salviato.*
*Viro praeſtantiſſimo ſalutem.*

*Lege, Alamanne, poſtquam id efflagitas, tranſacti Decenii labores Italicos, noſtrum XV. dierum opus. Fortaſſe noſtri aeque, ac Italiae vices dolebis; dum quibus ipſa fuerit periculis obnoxia perſpexeris, & nos tanta infra tam breves terminos perſtrinxiſſe forſitan, & ambos excuſabis. Illa neceſſitudine fati cuiuſvis refringi non poteſt; & nos anguſtia temporis, quod in huiuſmodi ocio nobis adſignatur. Verum obſecro*

Te,

*Te, ut nobis non deſis, ſicut illi, ac labanti Patriae Tuae non defuiſti. Si cupis carmina haec noſtra, quae Tuo invitatu edimus, non contemnenda. Vale V. Id. Nov. M.D.IIII.* =

*Sequitur deinde eodem Codice.* =

= *Nicholai Machiavelli Rerum Compendium ſecundo Decennio, cui mors illius viri praeſtantiſſimi finem ademit.* =

*In Bibl.* Gaddiana *legebatur* = *Diſcorſo ſopra la riforma dello ſtato Fiorentino fatto in grazia di Leone X.* = *Quae diſceptatio ſatis prolixa, & accurata erat, teſte* Iac. Gaddio *Tom. II. De ſcript. non Eccleſiaſt. Illam vero cum pluribus aliis pretioſiſſimis eiuſdem Bibliothecae mss. Codd. dominorum oſcitantia ablatam, atque in Angliam miſſam fuiſſe audio.*

*De* Nicolao *vero mentionem innumerabiles paene Scriptores faciunt, eiuſque doctrinam alii tutantur, alii reſpuunt, & damnant. Verum* Nic. Chriſtius *de* Nic. Machiavello *Libros III. exaravit, in quibus de Vita, ſcriptis, & ſecta eius viri, univerſimque de Politica noſtrorum poſt inſtauratas literas temporum ex inſtituto diſſeritur. Lipſiae apud* Io. Chriſtoph. Krebſium *A. MDCCXXXI. In Muſeo noſtro adſervantur Pacta a* Iulio II. *cum* Ferdinando Aragonio, *utriuſq. Siciliae Rege, ac cum* Leonardo Lauredano *Venetiarum Duce inita, die IV. Octobr. MDXI. ob redigendam ſub Eccleſiae poteſtatem Bononiam, a* Nicolao *noſtro exſcripta.*

*Scripta eius per integrum fere ſaeculum lecta fuiſſe in Rep. Lit. ſine Atheiſmi ſuſpicione teſtatur* Reimmannus *Hiſtoria Atheiſmi III. Cap. IV. §. XIV. id quod verum eſſe ex Hiſtoria Librorum* Machiavellorum *patet. Erat enim* Alexandro VI. *commendatus, & Librum quoque De Principe* Leonis X. *fratris filio dedicaverat, minime indignante* Leone, *quin eius ingenio ita favente, ut eam arcanam Diſſertationem* De Reformatione Florentinae Reip. *ſcribere iuſſerit; quam ms. in Bibl.* Gaddiana *adſervari iam diximus.* Clemen-

te VII. *quoque iubente Hiſtoriam Flor. edidit, benevole ab eo acceptam*. Machiavello *autem mortuo*, Angelo Bladio *Decennii privilegium, ut opera eius ederet, a Pontifice conceſſum eſt. Idem fecere* Paullus III. Iulius III. Marcellus II. Paullus IV. *hiſque auctoritatibus munita* Machiavelli *ſcripta in omnibus fere Europae regionibus diu, ſine Atheiſmi ſuſpicione lecta ſunt. Anno MDLII. primus in illum acriter inſurrexit* Ambroſius Catharinus, *eiuſque tum ſcripta exiguo in pretio vel ab ipſa Romana Aula haberi coeperunt. Tandem* Antonii Poſſevini, *&* Thomae Bozii *inſtigatione, & clamoribus permotus* Clemens VIII. Machiavelli *Opera, tamquam impietatis ſuſpecta prohiberi iuſſit.*

*Habes in fine, Erudite Lector, alias doctiſſimorum virorum Epiſtolas, quorum res pro Liter. Rep. geſtas nimis longum eſſet percenſere, praeſertim cum ab aliis quoque factum id fuerit. Vale.*

EPI-

# CHRISTOPHORI LANDINI
## VIRI ERVDITISSIMI
# AD LAVRENTIVM MEDICEVM
## EPISTOLA DEPRECATORIA.

### *ARGVMENTVM.*

*Rationibus praecipue validiſſimis, nec non ſtylo aeque eleganti, ac iucundo varioque cum Rhetoris, tum Oratoris flore reſperſis, opem Laurentii, ut in cuiuſdam demortui, qui Reipublicae Florentinae unus erat a Secretis, locum ſufficeretur, pari affectu, ac modeſtia, efficaciter implorat.*

CHriſtophorus Landinus Laurentio Medici maximae urbis ſpei S. D. Ego cum a te, ut in ceteris omnibus rebus, ſic in huiuſcemodi petitione, qua in Secretariorum numerum adſciri exopto, operam tuam, & adſiduam, & diligentem requiſierim; & mea permulti, & tua etiam nonnihili intereſſe arbitratus ſum, ut & quo conſilio id petam, & quid in ea re pollicear, breviter tibi oſtenderem. In quibus quidem explicandis, ſi paulo quidquam de me liberius prolocutus fuero, te in primis oratum velim, mi *Laurenti*, ne id tu aut impudentiae, aut adrogantiae imputes, cum ego nulla magis re, quam pudore, & modeſtia tibi commendatum eſſe cupiam: ſed rerum neceſſitati condones, quando, ut vides, huiuſcemodi cauſa agitur, in qua niſi plurima profitear, ne minima quidem voti adſequendi ſpes relinquatur: Sed quoniam me, ut eſt apud Perſium,

non modo in cute, ſed intus etiam iam probe noſti, in deprecandis a me huiuſcemodi vitiis longiori oratione non utar; quin rem ipſam, quam potero, breviſſimis perſtringam; ut non ſolum ipſe cognoſcere, ſed aliis etiam oſtendere poſſis, me non ambitione impulſum, ſed probabili ratione adductum eſſe, ut tantum mihi munus demandandum peterem. Ego cum animadverterem, mi *Laurenti*, pleroſque eſſe, qui aut ad Iuriſconſultos, aut ad externos, & a veſtro imperio ſolutos Oratores hanc provinciam delegarent, neutrum ſine meae famae iactura, quantulacumque ea ſit, futurum exiſtimavi. Sed ut de Iuriſconſulto prius oſtendam: Quis erit adeo iniquus rerum iudex, modo illi Secretarii munus notum ſit, qui Iuriſconſulti in ea re operam, aut nunquam, aut rariſſimo deſiderari; Oratoris vero artificium, & promptiſſimum, & adſiduum omni tempore, omnibus locis depoſci non videat? Poſſem id plurimis, atque graviſſimis argumentationibus comprobare: Sed quoniam, & ipſe idem iudicas, & pauci omnino extant, qui aliter ſentiant, in re maniſeſtiſſima diutius non commorabor. Cum igitur huic homini alienum negotium commiſſum fuerit, quis non crediderit, in ea Republica, in qua haec fiant, qui vel mediocri eloquentia ſit praeditus, inveniri neminem? Neque id iniuria: Omnium enim conſtantiſſima ſententia eſt, quocumque in artificio, vel mediocrem eius rei artificem excellentiſſimis aliorum operum artificibus eſſe praeponendum. Dixi de Iuriſconſulto: Verum externi Oratoris ratio eadem erit. Nam cum arcana Reipublicae non ſine plurimis periculis homini peregrino credantur: cumque huic rei a maioribus veſtris diligentiſſime ſemper cautum ſit; vagabitur haec paſſim opinio, vidiſſe quidem civitatis noſtrae Principes huiuſcemodi omnia pericula pro viribus eſſe declinanda, verum paenuria ſuorum, qui id munus vel medio-

cri-

criter tuēri poſſent, coactos peregrinum hominem aſciviſſe. Quae quidem nota, etſi univerſis nominis Florentini literatis inuri videatur, tamen non omnes pariter attingit: Adſunt enim nonnulli & doctrina, & eloquentia, & moribus ſpectatiſſimi viri, qui cum Sacerdotiis, & Sacrificiis addicti ſint, a reliquis eos Reipublicae muneribus vacare omnino oporteat. Adſunt itidem complures, qui, cum & genus, & ordo in civitate amplior, illos ad omnia maxima advocet, haec minora iure contemnant: Adſunt denique optimi adoleſcentes, & de quibus omnia maxima ſperari liceat; verum hos nondum per aetatem admitti par eſt. Me vero quid ab huiuſcemodi ignominia defendit! Sacerdotium ne? Cui & uxor, & liberi iam ſint? An fortuna? Cum eo ſim loco natus, ut ſi in hunc gradum evadere liceat, inter fortunatiſſimos enumerandus videar? Aetatem vero quis iam excuſet? Quandoquidem alterum, & Quadrageſimum annum duco, quo is, qui nuper Secretarius deceſſerat, nihilo grandior creatus ſit: Quid igitur me inſcitiae arguentibus adverſus haec reſpondebo? Aut quid tantae notae opponam? Latuiſſe me fortaſſe vos, quia magno locorum intervallo diſcluſus minime Civibus meis cognitus, eſſe potuerim? At non modo veſtro in conſpectu a teneris annis verſor; ſed & Poeticis, & Oratoriis praeceptis Florentinam Iuventutem decimo iam anno publice, privatimque erudio. Quid igitur de me aut inter ſe loquentur homines, aut ſecum taciti cogitabunt? Niſi idcirco mei rationem habitam non eſſe, quod a vobis iudicibus omni in re perſpicaciſſimis, atque iuſtiſſimis aut doctrina, aut moribus parum probatus ſim. Quamobrem quibus in difficultatibus verſer, iam vides; non enim modo, ſi praeteritus ero, ſpes omnis maioris deinceps dignitatis adquirendae ablata fuerit; ſed, quod ne cogitare quidem ſine meo ſummo dolore

poſſum, quidquid illud expectationis, etſi perexiguum ſit, mihi quidquid eſt expectationis, quod ego de me plurimis laboribus per tot iam annos excitaveram, id omne in medio ipſo curſu labatur, atque concidat neceſſe eſt, ut mihi iam nihil magis ignominioſum futurum videatur, quam ſi hactenus in aliquo nomine apud pleroſque fuerim: quandoquidem ex hoc exitu ſibi perſuaſuri ſint homines, me opinioni, quam de me conceperant, conreſpondere non potuiſſe. Oſtendi cauſam petitionis meae, ut opinor, non ſolum, iuſtam, verum etiam neceſſariam. Reliquum eſt, ne aut parum conſiderate aut nimis temere agere videar, ut de re ipſa pauca dicam. Vereor enim eſſe non paucos, qui ita exiſtiment, me in petendo, parum magnitudinem rei attendere, & ambitione quadam impulſum, non quid vires noſtrae valeant, ſed quo animi libido ferat, conſiderare. Ego autem, qui univerſam molem ſaepiſſime mihi propoſuerim, atque eam tacitus mecum, diuque verſaverim, has omnes in illa difficultates animadverti. Videbam enim, quod etſi multopere ad Reipublicae Maieſtatem pertineret, ut eius ſenſa non modo prudenter, & graviter; verum etiam copioſe, & eleganter ſcripta ad exteros, & populos, & Principes deferantur; ſupereſſe tamen plurima, neque minora fortaſſe, & in quibus Secretarii ingenium non mediocriter perſpici poſſit. Quis enim ignorat, eum virum, cui haec demandentur, multis, ac variis virtutibus inſtructum eſſe oportere? Sed omitto nunc obſervantiam in Principes urbis, omitto facilitatem, atque affabilitatem in omnes, omitto ſtudium, & diligentiam in munere obeundo, omitto tolerantiam omnium difficultatum, patientiam omnium indignitatum, prudentiam denique ſummam, ac modeſtiam in rebus omnibus, & nihil temere, nihil inſulſe, nihil leviter, nihil incon-
ſtan-
Digitized by Google

ſtanter agat, nihil per contemptum negligat, nihil per ambitionem ſupra ſe moliatur, aut tentet. Quae quidem omnia qui Secretariorum muneri indiſſolubili nodo annexa non viderit, hunc ego hominem hoc nomine indigniſſimum putabo. Sed haec, ut dixi, omitto: ad illud venio, in quo totius rei diſcrimen verſatur. Qua enim taciturnitate per immortalem Deum, qua fide, qua religione hunc hominem eſſe oportet, cuius in pectore, tamquam in munitiſſima, & a nulla parte expugnabili arce, omnia arcana, quae ad Reipublicae ſummam pertinent, collocantur! Quid enim vel etiamſi minimum ſit, ſine publico detrimento, & ſuo ſummo ſcelere effutire poteſt? Quo cruciatu, quo ſupplicio dignus eſt is, qui cum omnem cogitationem, omnem induſtriam in eo ponere debeat, ut ne minima quidem in parte aut Populi maieſtas, aut Principum auctoritas perturbetur, tamen ſua vel ſtultitia, vel levitate, vel vanitate omnia prodit? Quæ quidem virtutes etſi a iuſtitia, ac modeſtia proficiſcantur, tamen eo in loco nec ſine prudentia, nec ſine animi magnitudine præſtari poſſunt; cum in illis conſervandis, non ſolum adverſus invidos, & inimicos, a quibus tamen facilior cautio eſt, decertandum ſit, ſed amicis ipſis, & familiaribus acerrime reſiſtendum. Omnes enim ſcire cupiunt; paucoſque invenies, qui non potius quid illis libeat, quam quid te deceat, efflagitent. Itaque accedunt mentitis larvis obtecti, & ut te decipiant, omnes ſui animi perturbationes diſſimulant, atque occultant: curam autem publicam, & ſtudium pacis, & ocii ſimulant, atque praeſeferunt; adgrediuntur te dolis, ſollicitant precibus, tentant praemiis, impellunt minis; ut niſi prudentia, & robore animi valeat, quivis etiam probus vir labi poſſit. Has igitur difficultates cum in re ipſa eſſe animadverterim, pervelim, mi *Laurenti*,

ut omnino tibi perſuadeas, me nunquam in hanc petitionem deſcenſurum fuiſſe, ni prius firmiſſimo animo mihi propoſuiſſem illas omnes ſtudio, induſtria, ac diligentia ſuperare. Eſt, inquam, eſt difficile ita excultum, ita expolitum, ita omni ex parte abſolutum ſe quemquam reddere, ut univerſum hoc munus adimplere valeat. Neque ego adeo inſolens ſum, neque tantum mihi arrogo, ut eum me hominem eſſe profitear: Sed cum animum afferam, & Reipublicae devotiſſimum, & ab omni nequiore labe puriſſimum, & ad ſe his artibus exornandum ardentiſſimum, ſpero profecto, ſi primas omnino in ea re partes non adſequar, ut ſaltem in ſecundis, aut tertiis conſiſtere liceat, cum iam vetuſto proverbio notiſſimum ſit, amanti, & propter amorem acriter invigilanti nihil difficile eſſe ſolere. Quamobrem ſi conſilium meum, ſi animum adprobas, ſuſcipe, quaeſo, meam defenſionem, mi ſuaviſſime *Laurenti*. Elabora, contende, & tua opera, tuis precibus, tua gratia, qua plurimum ob admirabilem indolem tuam, & omnium maximarum virtutum initia apud omnes cives vales, enitere, ut *Landinus* tuus, tuus, inquam, & qui totus ex te pendet, quod cupit, adſequatur. Valeat apud te animus meus Reipublicae addictus penitus, atque devotus; valeat ſtudium, ac fides mea in Florentina iuventute erudienda non mediocris, cui ego quibuſcumque rebus prodeſſe potui, neque ſedulitate umquam, neque diligentia defui; valeat eadem in re liberalitas noſtra: nam tu ipſe teſtis optimus es, cum in ea re nullis umquam laboribus peperciſſem, nullum tamen in meo artificio avaritiae veſtigium apparuiſſe; cum ita iam decimo anno publice doceam, ut primis duobus nulla publica mercede, reliquis vero deinceps, aut parva, aut mediocri contentus fuerim. Privatim autem quis umquam operam meam gratui-

Digitized by Google

tuitam fruſtra concupivit? Liceat igitur per te me hanc ignominiam effugere, ne ſim adeo infelix, ut quo tempore ego Muſarum gymnaſio praefuerim, eo illae tempore ſuis antiquiſſimis ſedibus pellantur. Eſt quidem iuris civilis ſcientia in omni libero populo ſanctiſſima, ſuntque ii, qui illi praeſunt, omnibus honoribus adficiendi: ſed quis locus, quis dignitatis gradus illis in civitate non patet? Patet curia: patent duo Praetoria; patet mercatorium forum, patent tot ex artificibus collegiorum, tot ſacrorum coenobiorum, tot oppidorum publicae advocationes. Privatorum vero quotus quiſque eſt, qui illorum domos, tanquam oracula, in ſuis dubiis rebus venerabundus, & cum muneribus non thureis, aut myrrhae, ſed aureis non petat? Muſae autem magni Iovis filiae, & quae mortali hominum generi immortalitatem donent, ſi hoc uno domicilio, & patrio, & avito excludantur, non modo ubi dignitatem ſuam tueantur, ſed quod miſerrimum illis, & a nominis Florentini Maieſtate alieniſſimum eſt, quo aeſtus, & imbres, quo ſitim, famemque a ſe arceant, non habeant. Hic ego te imploro, atque etiam liberius admoneo, pertinere ad exiſtimationem tuam, ne quo tempore tu Muſarum ſtudiis flores, ſua illis & debitiſſima, & unica praemia eripiantur: cum nullus iam in Italia angulus ſit, nullus populus, nullus Princeps, etiam ex iis, qui vectigalia pendunt, qui Muſis, quae poſſunt maxima praemia non proponant. Hic ego etiam Patris tui viri ſapientiſſimi auctoritatem, atque operam obteſtor, quem cum ego propter eius ſummum in literatos ſtudium, ſummamque benivolentiam, totius noſtri ſaeculi in noſtris Elegis Mecenatem iure appellaverim, tam neceſſario patrocinio numquam defuturum credam; praeſertim cum ſua prudentia probe norit, in primis ad Maieſtatem Florentini no-

minis pertinere, ne populus ille, ex quo hactenus, & Oratores, & Poetae, & Hiſtorici non pauciores, quam ex Equo Troiano Duces progreſſi ſunt, ad id inopiae nunc redactus videatur, ut niſi peregrinos adcerſierit, infantiſſimus ipſe evadat. Pellatur, pellatur tanta a noſtro ſaeculo nota; ut quae Reſpublica ſuperioribus temporibus non ſibi ſolum, ſed univerſae etiam Italiae, ac multis exteris nationibus huiuſcemodi hominum, ac doctrinae genus affatim ſuffecerit, ipſa nunc ad alienas opes reſpicere cogatur: veluti ſi *Prometheus* ille, quem primum mortalibus ignem tradidiſſe fabulantur, nunc teſtam circumferens a vicinis carbunculos mendicaturus circumagatur. Proponatur haec optima ſtudioſiſſimis adoleſcentibus ſpes; qui ſi Praeceptorem ſuum huiuſcemodi praemio affectum viderint, ipſi etiam quandoque ſibi idem ſperantes, litterarum curriculum, in quo ad longum iam ſpatium progreſſi ſunt, ſummo animorum ardore congeminatis viribus corripient, & ingenti alacritate metam attingent. Haec fuerant igitur, quae hoc tempore ad te ſcribenda viderentur. Quae tamen omnia ſic adcipias velim, ne id tibi perſuadeas, me his rationibus fretum huiuſcemodi munus, tamquam mihi iure debeatur, poſtulare. Non enim aut tantum me amo, aut tam ab ipſa ambitione occupatus ſum, ut plus in me impotens animi cupiditas, quam recta ratio valeat. Itaque ingenue fateor, graviſſimo oneri me vires nequaquam pares adferre. Verum ſi tua opera ab optimis Civibus impetravero, ut & benignitate ſua ad tantum me honorem ſublevent, & circa principia, quae omnibus in rebus propter novitatem difficiliora ſunt, non a me omnia abſoluta ſeveriſſime exigant, ſed aequo animo, & paterna indulgentia ineptias ingenii adhuc in re inſolita rudis perferant; ſi hoc, inquam, per te impetravero,

ita

ita tibi recipio, ita & compatris, & amici ſanctiſſima fide obſtricta tibi ſpondeo, me integra innocentia, ſummo animi affectu, ardentiſſimo ſtudio effecturum, ut, quod in me honeſtando laboraveris, minime tibi paenitendum ſit. Nam quod auctoritatem mihi, & exiſtimationem nonnulli deeſſe dicunt, nihil eſt quod te moveat; maximam enim locus ipſe ſua ſponte adferet, & tanta a ſapientibus, graviſſimiſque Civibus in me conferri poteſt, ut, modo ipſe mihi non deſim, ſatis, ſuperque futura ſit. Vale.

Florentiae A. MCCCCLXXV.

EXCEL-

Digitized by Google

EXCELSIS DOMINIS PRIORIBVS LIBERTATIS VEXILLIFERO IVSTITIAE POPVLI FLORENTINI OBSERVANDISSIMIS.

*ARGVMENTVM.*

*Neapolitani Regis Ferdinandi in Florentinos officia ſignificat.*

ILluſtriſſimi ac. Excelſi Domini mei obſervandiſſimi, commendatione praemiſſa &c. Parendo alla R. M. aver ricevuto immortale beneficio per la ſalute ſua dalla voſtra Republica, e non ſappiendo in che modo gratificare le S. V. di tanto ſingolare beneficio, ha deliberato donare alla voſtra Città una caſa, come fece la felice memoria del Re *Lanzilao* ai Viniziani, acciocchè, ſe quella Signoria ſi ricorda di quello Sereniſſimo Re, le S. V. ſi ricordino perpetuamente della M. S. Faranne e privilegi; e in nome della Signoria voſtra io ne piglierò la poſſeſſione, e al mio ritorno ve li porterò: la quale fia a uſo dello Imbaſciadore voſtro, quando ci ſarà, e quando mancaſſe, del Conſolo, e di ciaſcheduno della nazione, che abitare vi voleſſe, come queſta de' Viniziani. E come arete ſentito rimanda per le galie una bombarda marzocchina [a], & una paſſavolante ſerpentina, le quali ebbe a Colle: così mi a fatto conſegnare una teſta della Beata *Iulia* di *Certaldo* [b], che fu rubata, quando ſi perſe quella Terra,

*a* Tormenta iſta bellica, quae bombardae dicuntur, inv nta fuerunt a Germano quodam, ut fertur Monacho, circa annum Chriſti MCCCLXXVIII. Eaq. prius a Venetis, cum Genuenſibus ad Foſſas Clodias confligentibus, uſurpata fuiſſe, refert *Guido Pancirolus* de novis Repertis P. II. Tit. XVIII. cum commentario locupletiſſimo *Henrici Salmuth*. Ambergae Typis Forſterianis MDCII.

*b* De hac Beata *Iulia* vir clariſs. *Ioſeph. Mar. Brocchius* in Catalogo Florentinorum, qui Sanctitate claruerunt, edito Florentiae

Digitized by Google

ra, la quale porterò meco, per conſegnare a quei popoli. E ammi detto, ſe altro ci fuſſe, lo ricordi, perchè non vuole ci reſti memoria d'alcuna offeſa, ma ſempre ſi ricordi el bene, e quello hinc inde ſi amplifichi, e così farà la M. S. e prega di quel medeſimo le S. V. Io ne ringraziai la Sua Sacra Corona per nome delle S. V. & accettai el dono in ſegno di caparra di perpetua benivolenzia, e affezzione. Se parrà alle Signorie V. quelle per loro lettere ne potranno rendere grazie alla M. S. e a maggior ſatisfazione riſponderne quello vi parrà, & io reverentemente lo eſequirò, e in altro non mi eſtenderò, per ſatisfare allo ufficio de' Dieci più difuſamente ogni particulare. Raccomandomi umilmente in grazia delle S. V. che Iddio le conſervi ſempre feliciſſime.

Neapoli XXVII. Septembris MCCCCLXXXVI.

E. V. Ill. & Ex. D. Ser.

Io. Lanfredinus Orat.

MA-

tiae A. MDCCXLII. haec tradit. = B. Giulia da Certaldo, ſecondo che ſcrivono alcuni, fu della famiglia della Rena, e Terziaria Agoſtiniana; ma ſecondo i riſcontri, che ho fatto, ho trovato eſſere ella ſolamente Romita ſecolare. Il ſuo Sacro Corpo ſi venera nella Chieſa de' Padri Agoſtiniani di Certaldo ec. Viſſe nel Secolo XIV.

Digitized by Google

## MAGNO SVLTANO REGI AEGYPTI.

### *ARGVMENTVM.*

*Legatione, quam Sultanus ad Flor. miſerat, dimiſſa, has eidem literas ſcribunt.*

GLorioſiſſime Princeps beneficentiſſime Pater ſalutem. *Mazamet Elmalfet* legatus tuus [a], qui modo ad Te revertitur, quique apud nos modeſte, graviter, ſapienter, te dignam denique legationem geſſit: melius coram gratias referet Tibi, quam nos hoc officium literis impleremus. Super omne deſiderium noſtrum excelluit in nos, urbemq. noſtram, tuum beneficium, & tua haec tanta, tamque incomparabilis humanitas. Commendabimus ſempiternae memoriae; neque umquam Florentinum genus, quoad durabit noſtrum nomen, tanti Tui in nos muneris obliviſcetur. Ceterum quae ad mercaturam noſtrorum pertinent; ut verſari, & negociari Florentini per loca tui Regni poſſint, & *Malphet* ipſe coram renuntiabit, quae nobis venerint in mentem, & *Luiſius Stufa*, quem ad Te legatum delegimus, cum advenerit, explicabit planius. Reliquum eſt, ut Te rogemus,

ut

*a* Florentiam hic venit Kal. Decembr. A. MCCCCLXXXVII. Ita enim de hoc Sultani legato *Chriſtophorus Landinus* loquitur Comment. in Virg. lib. XII. = Nam & noſtris temporibus vidimus Aegypti Regem, non ſolum Ferdinandum Regem Neap. verum etiam noſtrae Vrbis decus *Laurentium Medicem* praeclariſſimis donaſſe muneribus, curaſſeque ex Aethiopia arceſſendas duas Zoroaphas beſtias, noſtro coelo incognitas, quarum alteram Neapolim, alteram Florentiam mitteret. *Et deinde* = Ea autem, quae a Babylonio Sultano miſſa, inducta eſt ab eius Legato Malphot in Vrbem Florent. Kal. Dec. A. a noſtra ſalute octogeſimo ſeptimo ſupra milleſimum, ac quadringenteſimum, una cum manſuefacto Leone, quem ille Rex Zoroaphe in muneribus adiunxit, quoniam id animal Flor. Pop. inſigne eſſe ſciebat. = In Muſeo noſtro Pacta inter Flor. Remp. dictumque Sultanum inita autographa adſervantur ſigillo Reip. ſignata, ac ſubſcripta a celebri *Barpth. Scala* die XX. Nov. MCCCCLXXXVIII. cum hoc titulo = Capituli intra lo Illuſtriſſimo Sig. Soldano; e la excelſa Signoria di Firenze.

ut in eo amore perſeveres, quem adeo in nos praeclarum, excellentemque, non verbis modo, ſed reipſa, factiſque declaraviſti, ut nos in dies cumulatis a Te in nos beneficiis, & obnoxios magis efficiamur tibi, & ſtudioſius obſervemus, atque excolamus maieſtatem Tuam.

Die X. Iunii MCCCCLXXXVIII.

IOAN-

Digitized by Google

## IOANNI LANFREDINO ORATORI ROMAE.

### ARGVMENTVM.

*Vt in locis, quae Religioſi plurima ad Florentiae praeſertim maenia poſſidebant, ad urbis aedes amplificandas, aedificari poſſit, a Pont. quaeritur.*

PEr eſſere moltiplicato il popolo,, e li abitatori nella Città, ne naſce ſtrettezza, e careſtia di caſe. Il perchè noi andando cercando il rimedio, non vediamo più comodo modo, che dare comodità di ſiti a chi voleſſi edificare. Et, come tu ſai, dentro alle mura noſtre è del voto aſſai, per la maggior parte occupato dai luoghi religioſi, & pii; da quali è molto difficile ad ottenere comodità alcuna di murare; il perchè vorremmo, che a queſto effecto di creſcere edificii nella Città noſtra, ſupplicaſſi per parte noſtra alla Santità del Papa nella forma, che ſarà una ſupplicazione diſegnata, che arai con queſta; & metta ogni ſtudio, & diligenzia, perchè ſubito ſia ſegnata, e ſpacciata, prima che ne poſſa eſſere dato, riſentendoſi da qualchuno, impedimento. Moſtrando alla Sua Santità, che in queſto tempo neſſuna coſa può dare più grata a queſta divotiſſima Città della Santità Sua, che queſta, dimoſtrando che la intenzione noſtra è ſolamente addiritta a dare comodità a chi voleſſi edificare, con conſervazione, & augumento, & evidente utilità de' beni Eccleſiaſtici, come nello eſemplo della ſupplicazione più chiaramente ſi dimoſtra; fa ſi dia ſubito, & mandane la eſpedizione, acciocchè ſi poſſi dar principio a queſta S. opera.

Die II. Aprilis MCCCCLXXXIX.

D. PE-

Digitized by Google

## D. PETRO ALAMANNO ORATORI FLORENTINO ROMAE.

### ARGVMENTVM.

*Pontificem Florentini exorant ne viros doctos Eccleſiaſticis Beneficiis praeficiendi ipſis facultas adimatur.*

NOi ſcriviamo alla Santità del Papa una lettera, che ſarà con queſta, negli effetti, che voi vedete per la introcluſa copia. Voi adunque ſuo luogo, & tempore preſenterete a S. B. detta lettera, confortandola, e ſupplicandola ancora voi viva voce per parte noſtra, che ſi degni revocare, & annullare queſte reſerve, che ſono ſopra alli benefici della noſtra iuriſdizione ſub nomine Cardinalium, acciocchè e a S. B. e a noi non ſia così tolta de facto la facultà di potere provvedere alla giornata le perſone dotte & religioſe, maxime conſiderando, che li Reverendiſſimi Cardinali ci ſono ſotto i defraudati inſieme con noi; perchè ſi tocca con mano, che più, e più vili perſone ſotto il nome, e privilegio d'epſi Reverendiſſimi Cardinali occupano le Chieſe noſtre, donde ne naſce infiniti inconvenienti con diminuzione del Divino Culto, e coſe Sacre; perchè e foreſtieri, e quali non riſiedano ne benefici, attendono ſolo a trarre, e mungere le Chieſe, e non penſano alla reparazione d'epſe. Voi adunque, e con queſte, e con altre ragioni più efficaci, che potranno occorrere alla prudenzia voſtra, v'ingegnerete di perſuadere, e indurre la S. S. alla totale revocazione di dette reſerve. Del che in queſto tempo S. B. non potrebbe fare a queſta noſtra Città coſa più grata, & accepta.

Die XXVI. Febr. MCCCCXC.

INNO-

Digitized by Google

## INNOCENTIO VIII. PONT. MAX.

### *ARGVMENTVM.*

***Reip. Florentinae gratiarum actio, cum Io. Mediceus in Sacro Cardinalium coetu eſſet cooptatus.***

INgens profecto fuit, & nihil umquam longius, quam huius latiſſimi diei expectatio: [a] ac vicit procul dubio res ipſa tandem omnem expectationem. Maior enim laetitia fuit, quam quae concipi animis antea potuerit. Iſto enim divino beneficio Tuo, inluxit nobis optatiſſimus hic dies, in quo fruſtra eſſet omnis conatus, ſi populi huius noſtri, obſervantiſſimi tui, atque iſti Sacroſanctae Sedi addictiſſimi, mandare literis modo hylaritatem, & gaudium velimus. Multae, magnaeque ſunt laetitiae cauſae, quas in preſentia numerare longum eſſet; ſed id minimae praetermittendum eſt, quod datum ab *Innocentio VIII* Pont. Max. beneficium cunctos beneficii adimplevit numeros. Non eſt autem modo, ut in officio gratiarum elaboremus. Superat enim id gratiae genus omnes conatus; [b] nec ulla par eſſe poteſt tanto muneri eloquentia: Quamquam, ſi quid tamen in eo officio operae ponendum eſt, mittemus ad Te propediem legatos noſtros [b]; qui coram fruſtra elaborare nos in agenda gratia commodius edocere poterunt. Ergo nos modo breviores erimus. Nos urbem, & populum noſtrum Beatitudini, Clementiaeque Tuae humillime commendamus.

Ex Palatio noſtro Die X. Martii MCCCCLXXXXI.

MA-

a Pileus rubrus per Pontificium legatum Florentiam delatus fuit die nona Martii: poſtero autem die eum *Ioannes* excepit. Vid. Ammirat. T. III. p. 186.

b Florentinorum legati die ſequenti diſceſſerunt Petrus Philippus Pandolfinius, & *Philippus Valorius*.

# MAGNO TVRCO.

## *ARGVMENTVM.*

*Vt Brachium S. Ioannis Baptiſtae, quod Florentinis dono datum Raguſaei interceperant, reddatur, Turcarum Imperatoris auxilium imploratur.*

GLorioſiſſime Princeps, & Excellentiſſime Domine. Iure forſan quis nunc mirabitur, quod nos a Te Religioſum munus expectamus. Sed erunt nimirum, qui ita mirentur, indocti naturae Tuae, & magnitudinis animi, & Religionis. Cur enim nos ad eum Principem, qui ſemper pro Religione ſua pugnat dubitabimus beneficium petere, quod ad noſtram pertineat? Adde amicitiam noſtram, adde conſuetudinem Tuam gratificandi nobis, quae omnia faciunt, ut in maximo quodam deſiderio noſtro, & Florentinae Gentis ad Tuam operam refugiamus, ut quod iure, niſi noſmet fallimur, petimus, tuo munere conſequamur. Res eſt huiuſmodi. Rediens ab Hyeruſalem, & a Chriſti Sepulcro Fr. *Giorgius Drachiſic* Iacenſis, homo Ungarus, Religione D. Franciſci clarus, ſecum adferebat brachium *Io. Baptiſtae* ſiniſtrum, ut id ad nos perduceret ac dono daret, quod noviſſet ita, rem eſſe nobis gratiſſimam facturum. Raguſiam cum adveniſſet, incidit in aegritudinem, & venit in vitae ſuae dubitationem. Quare Brachium apud *Nicolam* de *Bona*, & *Bartholum Gotiis* Raguſeos Cives depoſuit, & quidem ea conditione, ut ſi mori eum contigiſſet, ipſi poſſeſſionem Brachii liberam inirent, ſin ſuperviveret, & morbo liberaretur, redderent illi depoſitum, ut quod animo intenderat, poſſet perficere, atque hunc ad nos *Io. Baptiſtae* Brachium deferre; quod ita eſſe publicis etiam quibuſdam ſcriptis ad id fa-



Digitized by Google

ctis declaratur. Cum deinde convaluiſſet, huc ſe contulit, & cum rem omnem, ut ſeſe habuerat, narraviſſet; tamen ſe donare Civitatem Florentinam eo munere velle adſeruit, & adhibitis Notariis publicis ea mandari ſcriptis voluit. Nos ex ea donatione in ius eius Brachii legitimum venimus. Egimus noſtram cauſam cum Raguſeis, eoſque pro noſtra amicitia ſumus hortati, ut inducant tamdem nos in eius Brachii poſſeſſionem: ſed ſunt adhuc in abnuendo pertinaciores. Putavimus Tua auctoritate, quae omnibus in rebus, atque in univerſo orbe permaxima eſt, facile illos commoveri poſſe. Te igitur maiorem in modum pluriınum rogamus, invicte Princeps, ut nomen, atque auctoritatem Tuam cum Raguſeis interponas, ut nos *S. Ioannis* brachium nobis debitum recuperemus. Nos certe nihil eſt, quod maius a quoquam petere poſſimus beneficium. Vivit noſtra Civitas ſub numine potiſſimum *Io. Baptiſtae*, & certe is magnus Propheta. Si affeceris opera Tua nos iſto munere, perpetuo, atque aeterno beneficio obligaveris tibi iſtam urbem, quae tamen tot tantaque merita a Te iam conſecuta eſt, ut vix addi ad cumulum quidquam poſſit.

Die X. Maii MCCCCXCI.

A SER

Digitized by Google

## A SER ALESSANDRO BRACCIO SECRETARIO SENIS.

### *ARGVMENTVM.*

*Giorgii Benigni Salviati V. CLL. merita exponuntur.*

Spectabilis Orator noſter. E Ti è noto, e però faremo men parole, la virtù, e la riputazione, in che è nella Città noſtra *Marco Giorgio Benigno Salviati* [a]. Noi deſideremmo, che ſecondo e meriti ſua, non ſolamente gli fuſſi conſervata la ſua dignità, e il ſuo onore, ma ogni dì più foſſe onorato. E però accade darti queſto avviſo, acciocchè ancor Tu coſtì favoreggi queſto deſiderio noſtro; ſarai dunque con M. *Antonio Bichi*, e con *Iacob Petrucci*, e col Padre Generale del ſuo Ordine, e con altro, come pareſſe a Te, e come gli credeſſi più giovare; e raccomanderai queſto venerabile, e dottiſſimo Religioſo, e che ſia conſervato nella dignità ſua del miniſteriato, & in ogni altra coſa ſtimato, & onorato, come pare a noi gli ſi convenga, & moſtrarai a chi parlarai di lui, che, perchè amiamo aſſai queſto Uomo, ci ſarà aſſai grato, che per noſtro amore ſia favorito. Vale

Ex Palatio Noſtro die XVI. Septem. MCCCCXCI.



[a] Vir fuit Nobilitate generis, ac multiplici eruditione praeſtans in ordinem D. Franciſci adſcriptus, Leonis X. adhuc iuvenis animum optimis diſciplinis erudivit: Unde a Iulio II. A. MDVII. Epiſcopus Calarenſis, poſtea vero a Leone X. Archiepiſc. Nazarenus renunciari meruit A. MDXIII. obiit vero A. MDXX. Librum unum conſcripſit de Dialectica, Romae excuſum.

De Natura Angelorum ad Remp. Raguſinam aliaq., de quibus Conſule Lucam VVadingum Tom. III. ad Ann. MCCCCLXIX. n. VI. & alibi.

# INNOCENTIO VIII. PONT. MAX.

## *ARGVMENTVM.*

*Neapolitani Regis Ferdinandi, ac Pontificis iratos animos Florentini componunt.*

MInime arbitramur factum recte, Beatiſſime Pater, ut quiſquam in re aliena ſit curioſior, nedum iuſta cauſa impugnetur. Quae autem iuſtior eſſe cauſa aliqua poteſt ea, qua in rebelles, & foederum, fideique contemptores expediuntur arma? quale modo contra Aſculana Pontificium bellum eſt. Negat autem & literis, & per legatos Neapolitanus Rex *Ferdinandus* quidquam eſſe a ſe modo admiſſum, quo a debita in Te obſervantia, cultuque Romanae Eccleſiae receſſiſſe videatur. Atque adcidiſſe forte potuit, ut quae ad Te Praefecti Tui, & Duces detulere ex imprudentia magis militari, quam ex vero provenerint. Ceteris enim in artibus quidquid peccatum eſt emendatur facilius: in re militari ſi quid aberraveris, facile univerſae quoque rei poteſt adduci in diſcrimen. Ex quo fit, ut graviſſimi etiam Impp. vanis ſaepe, quae deinde tempus arguit, ſuſpicionibus moveantur. Ad omnes profecto pertinet Chriſtianos Principes, ut Sacroſanctae Romanae Eccleſiae, atque illius, qui ei praeſit Pont. Maximi Dignitas Sancta ſemper, atque inviolata maneat. Qui vero in Italia Domini rerum ſunt, ob loci propinquitatem multo id curaſſe plus oportuit. Inter hos autem, cuius id magis officium eſt, quam Regis Neapolitani? cum quia dignitate Regia praeſtat caeteris; tum quod aliae rationes, cauſaequae ſeorſum obiurgent, pietatis, atque obſervantiae illius in Romanam Sedem. Inſtant Tui tamen ex Caſtris, & crimina mul-

Digitized by Google

multa deferunt, quae neglexiſſe ſapientem Principem, gravemque Pont. non decuit. Nos ergo, Beatiſſime Pater, in tanta re, & quae niſi prudenter agatur, pacem Italiae poſſit turbare, nihil, quod ad rem facere videatur, obmittemus, neque inſtare deſiſtemus apud Neapolitanum Regem, & hortari, & rogare, ut hanc criminandi ſui materiam penitus auferat. Regis autem Chriſtiani, & ſui meminerit, complectaturque officium. Et quidem rem bene caſuram ſperamus. Nos certe obligationum noſtrarum non obliviſcemur: ac quando qui plura acceperit plus debet, nos hi ſumus, qui maxima quaeque adcepiſſe, & debere omnia profitemur. Neque ſumus partes noſtras, quaecumque rerum futura ſit conditio, deſerturi. Nos Vrbem Tibi, & Populum noſtrum plurimum commendamus.

Ex Palatio noſtro Die V. Octobr. MCCCCXCI.



Digitized by Google

# DEMETRII CALCOCONDYLAE MARCELLO VIRGILIO[a].

## *ARGVMENTVM.*

*In hac Epiſtola pro adcepto Hermiae opere gratias agit, ac de morte Laurentii Medicaei, & Petri Leonis eius Medici loquitur.*

SAlve mi Marcelle. Reddidit mihi *Bernardus* literas tuas, una cum *Hermia;* quarum alterae multis ante diebus, quam Orator iſtinc diſceſſiſſet, perbreves alterae recentius, cum iam inde diſcedebat, ſcriptae erant. Cauſam autem retardationis, & literarum tuarum, & libri *Hermiae* ad me mittendi & ego ex his, quae poſtea adciderunt, fuiſſe opinatus eram, & Tu literis Tuis mihi ſignificaſti: Quamobrem ego potius ſum adcuſandus, qui tardius ad Te literas do, quam Tu, qui cum numquam ſcribendi officium omiſeris, quominus id appareret, caſus ſupervenientes impedierunt. Librum *Hermiae* non fuit mihi tempus percurrendi; puto enim eum recte a Te exſcriptum eſſe, quod maxime deſidero. Cetera, quae ad decorem libri, & venuſtatem ſpectant, ſi non adſunt, non multum in preſenti requiro. Satis igitur mihi feciſti, ac munus non modo amici, verum etiam benefactoris ſubiiſti, quippe cuius labore mea cauſa ſuſcepto, ac liberalitate, tali auctore perfrui poſſim. Quare ut Tu alacri animo inter Tuas occupationes munus tuum optatum praeſtitiſti; ſic etiam gratiſſimum mihi feceris, ſi quod tibi *Canaccius* noſter offeret, non adſpernatus fueris;

[a] Anno enim circiter MCCCCLXXIX. ad profitendum in Gymnaſio Florent. a *Laurentio Mediceo* fuerat arceſſitus Demetrius, Athenienſis patria, *Theodor. Gazae* diſcipulus, ubi aemulum habuit *Angelum Politianum*; unde illius inſolentiae pertaeſus, Mediolanum ſeceſſit a *Ludovico Sfortia* adcitus Fato functus eſt octogenario maior annum circa MDX.

ris. Quae autem iſthic acciderunt, & Tu adcurate ſcripſiſti, & ſi antea intellexerim, non ſine magno dolore, magna tamen me moleſtia, & ſtupore adfecerunt; nam & ictus fulminis, tam horrendus in Templum Civitatis praecipuum & maximum cum tanta ruina, ſtuporem ingentem iniecit [a], ac magnum quid portendere viſum; & mors Magnifici *Laurentii* viri hac noſtra tempeſtate clariſſimi [b], & in omni re elegantiſſimi, non mediocrem mihi dolorem attulit: cuius obitu praeter communem iacturam, quam omnes profecto non parvam fecimus; ego etiam privatim multum amiſi, qui eum ſemper benignum erga me, & fautorem cognovi; mors praeterea tam tetra, & abominanda *Petri Leonis* [c] adeo me percuſſit, ut nihil acerbius, graviuſque multo iam tempore ſenſerim, ſentiamque; quae res, crede mihi, *Marcelle*, & mortem *Laurentii* maculavit, & notam haud par-



*a* Id incidit in annum MCCCCXCII. die IX. Aprilis hora noctis 5. vid. ea quae dicimus Tom. I. noſtri Speciminis Hiſtor. Liter. Flor. p. 68. *Cambius* vero in Hiſtor. Flor. ms. Tom. I. ita rem narrat ſub anno MCCCCXCI. Morì, cioè *Lorenzo* al luogo ſuo a Caregi, e medicavalo un Uomo ſingolare chiamato Meſſer *Piero Lion*: nella notte, che morì detto *Lorenzo*, due Cipradini giovani de ſua Satelliti menarono quivi appreſſo detto Medico di notte, e ſi diſſe, che lo gettarono in un pozzo, chera quivi, che ne fue grandiſſimo danno, dipoi cavorno boccie fuora, che vi ſi era gettato per diſperato. Dio perdoni loro.

*b Scipio Ammiratus* P. II. Hiſtor. Florent. = Eſſendo il ſeſto giorno d'Aprile l'aer ſereno, ſi mutò a un tratto il tempo alle due ore di notte, e cadde con tanta violenza una ſaetta ſopra la Cupula, che levatine pezzi grandiſſimi venne con quelli a forare la volta, e a fare notabili danni coſi nella Chieſa, come nelle Caſe vicine.

*c Petrus Leo* Spoleti natus diverſas Vrbes, partim Medicae Artis exercendae, partim alieni magiſterii, & curationum cauſa peragravit; Venetias nimirum, Bononiam, Romam, Piſas, Florentiam, Patavium, in quarum poſtrema publice profeſſum fuiſſe conſtat. Ea quae edidit ingenii ſui monimenta a V. Cl. *Stephano Mar. Fabbruccio* recenſentur in Elog. Cl. Vir. Piſanae Acad. Opuſculi VI. Parte II. Cum tamen Romae conſiſteret, atque ibi Innocentio VIII. medicam operam praeſtaret, contigit, ut curae ſenioris *Laurentii Medicei* Roma avocatus, virum immortalitate dignum, ſuis medicamentis perdiderit; quare & ipſe *Leonius* poſtero die A. MCCCCXCII. menſe Apr. in puteo inventus fuerit ſubmerſus, cuius quidem cauſa in diverſa abiere illius temporis viri.

Digitized by Google

parvam atque infamiam, & familiae, & Civitati inuſſit; nam & ſi Tu, & omnes, qui hoc ſcripſerunt, adſeritis, eum ſibi mortem ultro conſciviſſe, ſeque in puteum, neſcio quem proieciſſe; tamen viri prudentiores cuiuſcumque ordinis non facile perſuadentur, neque exiſtimant hominem tam prudentem, tantaque doctrina praeditum, ut Tu etiam ſcribis, ac cum tanta integritate, tantaque fide *Laurentium* curantem eo uſque inſaniae, amentiaeque veniſſe, ut ſibi tam ignominioſam, tamquam infamem mortem elegerit. Ea autem quae finguntur, quibuſcumque rationibus impulſus eſt ad talem optandam ſibi mortem, tam ſunt puerilia, atque ἀνακόλουθα tamque maligno, pravoque animo comenta, ut homines praeſertim non vulgares, non ſine ſtomacho, & contemtu audiant: vereorque ne illud εὐριπίδειον omnes propinqui eius atque amici μικρὸν παρῳδήσαντες in eos, qui tale patrarunt facinus exclament ἐκάνετ᾽ἐκάνετ᾽ ὦ ἰναγέσατι τὸν σοφώτατον τῶν ἰατρῶν & vindictam tam atrociſſimi, & impiiſſimi ſceleris a ſuperis ſupplices implorent. Verum utromodo id fuerit commiſſum, non diu, puto, latebit. Atque utinam, & Civitatis, & gentis cauſa, quandoquidem illius fato neſcio quo ita debuerat eſſe, potius modo, quo dicitur, quam quo maturi homines ſuſpicantur, & credunt, omnibus conſtet factum. Quod *Petro* detulerint omnes honores & dignitates Patris publico Decreto homines prudentes, & grati, & qui omnia maturo conſilio gerunt quis non eos probaverit, laudaveritque, & ex re Civitatis Reiquepublicae fore non crediderit. Sed ἁμέραι δ᾽ ἐπίλοιποι Μάρτυρες σοφώτατοι vale, & omnibus noſtris amicis ſalutem meo nomine dicito.

Mediolani die IV. menſis Maii MCCCCXCII.

ὁ σὸς δημήτριος ὁ χαλκοκονδύλας

RO-

## ROBERTVS ACCAIOLVS MARCELLO SVO S.

### *ARGVMENTVM.*

*De nonnullis, quae in urbe adciderant, admoneri ab amico poſtulat.*

NOn oblivione tuorum in me meritorum, neque amoris in te mei intermiſſione ſuperioribus diebus ad te nullas dedi literas, ſed deſidia potius ſcribendi, amicitiae leges, & officium preterivi. Qua de re licet excuſationes permultas adferre poſſum, nullam tamen a te mihi adſcribendam peto, niſi hanc unam, quod tuae ſim, & humanitati, & ingenii facilitati confiſus, ac ſtudii, benevolentiae, & iucundiſſimi amoris in Te mei non ignarus, multis literarum officio ſatisfacere cupidus, multiſquae tum privatis, tum huius loci alienis negociis preſſus, locis omnibus uno tempore eſſe non potens, ſecurius tibi defui, fore exiſtimans, facilius a te mihi, quam ab aliis admitti excuſationes: ſed qui horum opus eſt tecum? De ſcola publica, ut ita dicam, quid decretum fuerit, certus fieri cupio: audio enim Florentiae deſtinatam eſſe, quod quidem mihi eſſet pergratum. Timeo enim ne reliquiae heae pene conſumptae, penitus deleantur, litterarumque ſtudia iam Florentiae floruiſſe dicantur. Nam hac tempeſtate ſeu temporum anguſtiis, ſerieque fatorum, ſeu hominum malignitate, virtutes omnes labefactas eſſe videmus. Sed infirma Civitate, & diſcordiis civilibus, bello, fame, Civium ſtrage, peſteque defatigata, quid boni ſperare poſſumus? Ad libitum vivimus; quo quem trahit ἦθος ἀυτȣ̃ eo vergit. Cito autem, ut *Seneca* ait, nequitia ſubrepit, virtus difficilis inventu eſt; Rectorem, ducemque deſiderat, etiam ſine magiſtro vitia addiſcuntur. Tan-

tum

Digitized by Google

tum nobis relinquitur, ut te unum Patronum, benefactorem, & defenſorem ſuum litterarum ſtudia adclament, nec, te incolumi, ipſa perire poſſe omnes ſibi perſuadent, ac ſi declinaverint, ad ſinum confugient tuum, ac, ut *Themiſtocles* ad Filios, dicent, ἀπωλωλεκὰν εἰμὴ ἀπωλώλεκα ὅτις enim σῦ ζωντος καὶ ἐπὶ χθονὶ δερκωμένοιο ea non florere negabit. Poſſum enim, praeſertim ego, quod de *Phœnice* dicit *Homerus*, & nos de te dicere μυθωντε ῥητῆρ ἔμμεναι πρηκτῆρα τἔργων. Sed quid immoror his? Superantur a virtute tua laudes omnium. De Reip. ſtatu, de Gallis, de Senenſibus, de Italis demum omnibus nos certiores facias, Τὴν γυναίκα τὲ σεγνιν ἑωράκας σὺ δὲ πρεσβυτατος ἐὼν βούλῃ πρὶν γάμον καταζεῦξαι fac, ut quandoque te patrem videamus? Me amicis omnibus commendabis, *Pandulfino* praeſertim, quem maxime diligo, & me ama, ut ſoles. Ex Caſtro Prati Veteris Die IV. Nov. MCCCCXCVII.

HEN-

Digitized by Google

# HENRICVS CARADVS MARCELLO VIRGILIO GRAECA SIMVL, ET LATINA FACVNDIA CLARO PRAECEPTORI SVO.

## *ARGVMENTVM.*

*Amicum de peracto itinere, deque ſuo Bononiam adventu certiorem reddit.*

BOnoniam tandem ſoſpes adceſſi, periturus omnino in altis, nivoſiſque alpibus, niſi per Caeli quamdam ſerenitatem venire contigiſſet. *Philippum Beroaldum* virum, ut noſti, doctiſſimum multa, & ea quidem erudite, diſerte, & copioſe, & in M. T. Quaeſtionibus Tuſculanis, & in *Statiana* Thebaide interpretantem audivi: ita tamen, ut *Marcelli* mei in dicendo maieſtatem, in ſingulis quibuſcumque explanandis vehementiam non nihil ſemper deſideraturus ſim: promiſſis alias manebo, ubi homo homini quid praeſtet, minus temere dignoſcere dabitur. Vetuſtum Codicem, quem ab humanitate tua, per dies aliquot uſurarium adcepi, tibi cito reddendum curavimus, ut fidem erga te meam, & ſingularem obſervantiam aperte cognoſcas, utque eam ſubſpicionem, quae te fortaſſe male habuit, ab animo exuas protinus, exiſtimeſque nihil mihi magis curae eſſe, quam adcepti beneficii meminiſſe. Praeceptoribus vero quam addictus ſemper fuerim, quantum eorum deditus obſequiis, Dii mihi ſint teſtes. Vale. Litteras tuas expecto, quas ſi ut ſupra dederis, immortalem facies. Ex docta Bononia X. Kal. Febr. MCCCCXCV.

Tuus Henricus Caradus.

AL-

## ALDI MANVTII MARCELLO VIRGILIO.

### *ARGVMENTVM.*

*Se Marcello ſuo, quotquot Typis ediderat, graecos libros miſiſſe teſtatur.*

ALdus Manutius Marcello ſuo S. P. D. *Alexander Accaiolus* homo omnium humaniſſimus, & doctrina inſignis quicquid graece in hunc uſque diem imprimendum curavimus, emit a me tuo nomine. Quapropter mi *Marcelle*, nactus occaſionem ſtatui ad te aliquid literarum dare, quibus ſignificarem, me ob ſingularem doctrinam tuam, & bonarum literarum cognitionem, qua te non mediocriter praeditum à plurimis, & quidem eruditis adcepi, tuum eſſe, ac cupere, ut me uti velis familiariter, ſi quid adciderit, in quo mei tibi opera, ac ſtudio opus fuerit. Polliceor enim, me ad omnia, quae iuſſeris ſemper paratum: ſed quoniam quos a me tibi *Accaiolus* emit libros, minoris venundari, quod cum aliis quibuſdam mihi communes erant, non potuerunt, tum, ut quae verbis polliceor, re comprobem, meos ſolius *Dioſcoridem*, & *Nicandrum* cum Commentariis, item Horas Graecas in Virginis laudem mitto ad te muneri, quae apud te ſint longum μνημόσυνον amicitiae noſtrae. Vale, & me ama.

Venetiis XXVIII. Octob. MCCCCXCIX.

LV-

## LVCAE ALBITII MARCELLO VIRGILIO.

Magnifico, & Eloquenti Viro D. Marcello Virgilio Excelſae R. P. F. Primo Secretario, & Patrono ſuo maxime honorando.

LVCAS ALBITIVS.

*ARGVMENTVM.*

*De Congreſſu quodam a Flor. Legatis habito agitur.*

MAgnifico, & honorando Patrone &c. Noi ſiamo a Lomel luogo di là da Milano XXXII. miglia, e dove ſi trova la Signoria del Cardinale, e per eſſer luogo piccolo, e lui avere drieto CCCC. Cavalli, o più, ci ſiamo con ſiniſtro grande [a]. Trovaciſi *Carlo Orſino*, e molt' altri Signori Lombardi Ambaſciatori di tutta Italia; e tutti lo hanno preſentato, chi Argenti, chi Broccati, e chi Cavalli, e denique di ogni ragione di coſe ſi partirà preſentato. Sono ſtati gli Oratori oggi ſeco, benchè, per eſſere ſtata Sua Signoria occupata, anno poco parlato, e quello generalmente: pure ſi può fare iudicio, che . . . . [b] . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
&

*a* Qua occaſione ſcripta fuerit haec Epiſtola ex *Philippo Nerlio*, aliiſque Florentinis Hiſtoricis eruitur. Ille vero ita rem narrat ſub anno MDI. = E coſi doppo tanti diſordini ſi preſe per partito di rimetterſi nel Re Criſtianiſſimo, e di fare ogni sforzo, per venire alla protezione di quella Maeſtà; però oltre alle commiſſioni, che per tal conto ſi erano date a Meſſer Franceſco Soderini Veſc. di Volterra, e a *Luca degl' Albizi* Ambaſciadori appreſſo il Re, furno anche mandati per l' effetto medemo a Milano, dove il Cardinale *Roano* ſi trovava, Meſſer Antonio Malagonnelli, e *Benedetto Nerli*, e così con gran fatica, e ſpeſa, alla fine venne in protezione del Re Criſtianiſſimo.

*b* Arcanae quaedam literae ſequuntur, quae dignoſci nullo modo poſſunt.

Digitized by Google

& ancora più là. Staremo a vedere quello partorirà il parlare ſi farà domani, del quale arete notizia per la Repub. nec plura. Raccomando me, e le coſe mie a V. Magnificenza. Vale.

Ex Lomel die XX. Sept. MDI.

PRAE-

Digitized by Google

## PRAESTANTISSIMO ET EXIMIO DOCTORI D. MARCELLO SECRETARIO FLORENTINO AMICO NOSTRO CARISSIMO.

### *ARGVMENTVM.*

*Deſcriptionem quamdam Etruſcarum Antiquitatum a Marcello ſibi miſſam ſummopere laudat.*

MAgnifice, ac Eximie Doctor Amice noſter cariſſime ſalutem. Mira nos voluptate adfecit Epiſtola, qua deſcribis elegantiam Sepulchri in Clante Agro nuper reperti, non tam propter rei antiquitatem, quam propter excellentem facundiam, qua nobis, & puellaris imaginis pulcritudinem, & totius operis magnificentiam repraeſentas. Gratulentur ſibi veteres Etruſci ob rerum divinarum, humanarumque ſcientiam, *Tarcontiſque* ac *Porſennae*, & ſi qui clariores fuere Reges, potentiam extollant, dum liceat nobis quoque gratulari, quod Te talem virum aevo noſtro Etruria produxit. Nam, ut libere dicamus ſententiam noſtram, non poteſt in vetuſto illo opere aliquid eſſe tam ſubtiliter fabrefactum, quod in deſcriptione tua non ſit, vel aequatum, vel ſuperatum. Quod ſi, ut ſperamus tantam vim dicendi ad illuſtrandas res aetatis noſtrae contuliſti, non erit, cur praeſentes Etruſci dicant, ſe felicitate ſcribentium a patribus eſſe ſuperatos. Et quamvis multae nos diſtrahant occupationes, & curae, tamen ut ſatisfaciamus tuae ſciendi, intelligendique cupiditati, curabimus omni induſtria invenire, ſi quis forte illarum habeat cognitionem literarum, cum id admodum difficile iudicemus. Licet enim Etruſcorum literae etiam ſub Romanorum Imperio duraſſe referantur, tamen vaſtata totiens externarum gentium incurſioni-

ſtibus Italia, non modo Etruſci Characteres defecerunt, ſed etiam Latini pene interierunt; debetque plurimum aetas noſtra claris ingeniis, quae deformatos Romanos characteres, dum ſcripturas marmorum inſpectant, ad priſtinum decorem reduxerunt; ad quod perficiendum illos juvit non parva Latinae Linguae cognitio: ſed nulli extant Etruſcorum Codices, & nemo Etruſce loquens iam diu fuit auditus: Quod noſtrae aetatis vir eruditiſſimus *Leo Baptiſta Albertus* [a] Civis Florentinus in ſua Architectura, poſtquam locutus eſt de literis Aegyptiorum, teſtatur his verbis = Dicebantque quibuſque ſuas tantum literas notas eſſe, & futurum olim, ut earum cognitio penitus pereat, ut apud nos Etruſcos venit per Etruriam ex Oppidorum ruinis, & buſtuariis defoſſa vidimus ſepulchra literis, uti omnes ſibi perſuadebant, inſcripta Etruſcis: Earum notae imitantur Graecas, imitantur etiam Latinas; ſed quid moneant, intelligit nemo = Hactenus *Baptiſta Albertus*. Quod ſi vir tanti ſtudii, tantaeque doctrinae Literas Etruſcas non intelligi credidit, noſtrum, tuumque laborem in tali re perquirenda nullius momenti futurum iudicamus. Vale.

Romae XXIII. Februarii MDVIII.

De Soderinis Cardin. Volaterranus.

MI-

[a] Quis fuerit *Leo Baptiſta Albertus*, quantaque nominis celebritate clarus neminem latere arbitror; De eo nonnulla protulimus in Tom. I. noſtri Specimin. Hiſt. Literar. Flor. p. 163.

Digitized by Google

# SVMMO AC GRAVISSIMO VIRO MARCELLO VIRGILIO REIP. FLORENT. A SECRETIS S. OPTIMO PATRONO MICH. VENTVRVS.

## *ARGVMENTVM.*

*Se plurimum expetitas literas adcepiſſe teſtatur, & amici communis in propulſandis ab eo calumniis fidem, animumque commendat.*

NIhil mihi opportunius, & iucundius adcidere potuit, quam tuas adcipere litteras, quae tum cum maxime expectabam, mihi redditae ſunt, ſed in manus *Salviati*, ac *Rodulfi* Cardinalium, qui tum una in Manliano erant, temere inciderunt. Hi cum mihi eas inſcriptas, & a Te datas a Tabellario tuo intelligerent, nimium familiariter aperuerunt, & avide lectitarunt, quod a tam claro viro exaratae erant, mox ad me paulum reſignatas miſerunt. Eiſdem ſtatim perlectis incredibili quadam laetitia ſum adfectus, nullaque in re optatiſſima quidem mihi magis gratulari poſſe exiſtimans, quod a Te viro eruditiſſimo, atque graviſſimo, non parvi factus ſim, propere conveni Tui amantiſſimos viros, & eas his legi, praeſertim *Ubaldino Bandinello*, civi tuo, quo familiariſſime utor, & ob eius incredibilem utriuſque linguae eruditionem ſumme diligo, qui cum acerrimus dignitatis Tuae defenſor exiſtat, & calumniam in Te malevolentia, non ratione obiectam continuo refellat, atque oppugnet, ſummam voluptatem adcepit. Cenſet enim in hac tua cauſa nullum in Te collocare beneficium, ſed gratiam potius referre, quod ab ineunte aetate elegantiſſimas literas tuas probe doctus, ingenio ſuo iter ad altiora ſtudia patefecerit. Tu quidem eius o-

ptimam erga Te voluntatem ; & ſingularem benevolentiam ex eiuſdem literis perſpicies. Ego vero pro virili parte, exigui enim negotii res eſt, honori Tuo conabor, ut nihil demptum, nihilque imminutum ſit, quando malevoli homines in ſua conciderunt flagitia: Sed haec profecto minimi a Te aeſtimanda ſunt, qui ſolida gloria non eges, aut abundas potius. Nunc venio ad calcem Epiſtolae Tuae: invitas me perhumane, ut ad te crebro ſcribam; faciam id quidem non invitus, ſed cum quod literarum tibi dederim, ineptiſſimum, ac ſubruſticum putem, & fortaſſe de rebus hiſce urbanis argumentum ſumpturus ſim, nolim in alias quam in tuas manus pervenire. Te vero, ut mutuo nobis id praeſtes, oro, atque obteſtor pro veteri noſtra conſuetudine; poteris enim, ne tantum laboris tibi imponatur ambulans, literas dictare, & ad nos mittere: Hoc ſane ad cumulum laudum tuarum adcedet. Quod omnes amici tui pariter, & inimici non ſolum Te ſumma literarum virtute, verum etiam incredibili praeditum humanitate praedicabunt; Omnium autem, quibus ſcis, Te cariſſimum eſſe nomine ſalutem Tibi adſcribo. Vale.

Ex Vrbe die V. Maii MDXX.

*Deditiſs. Mancipium*
Michael Venturus.

EP.

# EP. LAVRENTII ALBITII MARCELLINO MARCELLI VIRGILII F. SCRIPTA.

## ARGVMENTVM.

*Baptiſtae Adriani Marcellini dicti facundiam in Literis exarandis laudat.*

LAurentius Albitius Marcellino S. D. P. Non mediocriter ſane miror, Humaniſſime *Baptiſta* te literas ſcribendi facultatem tam brevi adeptum eſſe, quod continua exercitatione factum exiſtimo. Probiſſime enim novi quam Te literarum ſtudia ſemper delectaverint, quorum delectatio, te ad exercitationem incitavit; exercitatione autem ad eloquentiae facundiam perveniſti; quod mihi ſemper uſque a teneris optatum eſt, nec adhuc voti compos effici potui. Sperabam tamen hac noſtra ſcribendi viciſſitudine, me non mediocriter profecturum, licet illum ruborem, & verecundiam literae noſtrae tibi evoluendae nobis adferre videantur, ut has ineptiſſimas ad Te peritiſſimum adoleſcentem exarare ſim veritus; tuis enim meas aequivalere non poſſe intellego. Sed tamen cogitanti, num ad te ſcriberem, adeo proficere videbar, ut has ad te, humano ac miti ingenio tuo fretus, mittere ſim adgreſſus. Verum doleo hunc nobis peſtis timorem potius, quam averti, ſubinde augeri, qui nos ab hoc mutuo ſcribendi ſtudio amovebit; Audio enim per literas tuas te ab Vrbe noſtra hac cauſa diſceſſurum, qua de re conſilium meum expoſtulas. Ego vero nihil melius, quam incoepta ſcribendi ſtudia proſequi, ubi literas mittendi facultas dabitur, invenio. Nihil enim eſt homini utilius, quam elegantiſſime componere, quod nobis exercitationis delectatione ſuccedet: nam, ut aiunt, delectatio perficit

cit opus, licet hanc tibi facultatem comparaveris. Sed nihil eſt, quod ſine frequentia, & uſu non evaneſcat; Qua propter Te ad hoc etiam atque etiam hortor, & parcam in praeſenti. Vale.

Quarto Kalendas Martias MDXXVII.

*Reddita Romanae ſunt nobis Carmina caedis,* (a)
*Terruit Italicum quae miſeranda ſinum.*
*Gens inimica Deis ſpreverunt Sacra Deorum,*
*Haec credent, poſt hac qui fera geſta legent?*
*Vrbs fuit haec columen virtutis, gloria Mundi,*
*Nunc iacet hoſtili depopulata manu.*

(*a*) Videlicet cum Caroli V. milites inaudita barbarie, Ducis *Borbonii* ductu Vrbem diripuerunt.

NICO-

# Nicolai Machiavelli ad Florent. Reipvblice Proceres Ep.

*Rapporto di coſe della Magna per Nicolò Machiavegli fatto queſto dì* 17. *di Giugno* 1508.

LOmperadore [a] fece di Giugno paſſato la Dieta a Goſtanza di tutti e Principi della Magna, per far proviſione alla ſua paſſata in Italia alla Corona: Fecela, e per ſuo motu proprio, e per eſſerne ancora ſollecitato dal Vomo del Pontefice, che gli prometteva grandi aiuti per parte del Pontefice. Chieſe Lomperadore alla Dieta per tale impreſa tremila Cavalli, & ſedicimila Fanti, & promiſſe d' aggiungerne di ſuo proprio infino in trentamila perſone: La cagione, perchè e' domandaſſi sì poca gente a tanta impreſa, fù la prima, perchè e' credette baſtaſſino, perſuadendoſi poterſi valere de Veniziani, e di altri d' Italia, come appreſſo ſi dirà, nè credette mai, che li Veniziani li mancaſſino, avendoli ſerviti poco innanzi, quando e' temevano di Francia, doppo lo acquiſto di Genova; perchè aveva a loro richieſta mandato circa a duemila Perſone a Trento. Aveva meſſo voce di voler ragunare e' Principi, e itoſene in Svevia a minacciare e' Svizzeri, ſe non ſi partivono da Francia. Il che fece, che il Re Luigi ſubito preſo Genova, ſe ne ritornò a Lione: dimodochè parendo allo Imperadore aver loro levato la Guerra d' addoſſo credeva al tutto, che lo doveſſino riconoſcere, & usò dire più volte, che in *Italia non habebat Amicos propter Venetos*. L'altre cagioni ancora, perchè chieſe sì poca gente, furono, perchè lo Imperio glie ne prometteſſi più prontamente, e gnel' oſſervaſſe, e perchè condeſcendeſſi più vo-



[a] Maſſimilianus videlicet.

lentieri a metterle tutte ſotto la obbedienza ſua, e non cercaſſi di darli Capitani in nome dell' Imperio, che gli foſſino Compagni. Perchè non mancò chi nella Dieta ricordaſſi, infra li quali fu l' Arciveſcovo di Maguntia, che ſarebbe bene fare la impreſa gagliarda, e provvedere almeno a quaranta mila Perſone, e dar loro in nome dell' Imperio quattro Capitani &c. Dichè Lomperadore s' adirò ſeco, e diſſe: *Ego poſſum ferre labores; volo etiam honores:* tanto che ſi conchiuſe queſte dicianovemila Perſone; e di più, che ſe gli deſſe centoventimila Fiorini, per ſupplire alla neceſſità del Campo, quanto per ſoldare cinquemila Svizzeri per ſei meſi, come meglio gli pareſſe. Propoſe Lomperadore, che le genti foſſero inſieme alle ſtanze il dì di San Gallo, parendoli tempo aſſai ad averle provvedute, e comodo al modo loro del far guerra, e appreſſo indicò infra detto tempo aver condotto tre coſe: l' una l' averſi guadagnato e Veneziani, de quali mai diffidò infino all' ultimo, non oſtante, che foſſe ſeguita la cacciata dell' Oratore loro, come ſi sà: l' altra aver fermi e Svizzeri; la terza aver tratto dal Pontefice, e da altri d' Italia buona quantità di denari. Andò per tanto praticando queſte coſe: venne S. Gallo: le genti ſi cominciorno a ragunare; & lui delle tre non aveva condutte neſſuna, e parendogli non poter moverſi, nè diffidandoſi ancora di condurle inviò le genti, chi a Trento, chi altrove, e non iſtaccava le pratiche, di modochè e' ſi trovò di Gennaio, e conſumata la metà del tempo della provviſione dell' Imperio, e non aver fatto coſa alcuna, dove veggendoſi giunto, fece *ultimum de potentia* di avere e Veneziani, a' quali mandò il Frà Bianco, mandò Pre Luca, mandò il Diſpoto della Morea, e i ſuoi Araldi, più volte; e loro quanto più ſi gittava loro dietro,



Digitized by Google

tro, tanto più lo ſcoprivono debole, e più ne fuggiva lor la voglia, nè ci conoſcevono dentro alcuna di quelle coſe, perchè le Compagnie di Stato ſi fanno, che ſono, o per eſſer difeſo, o per paura di non eſſer offeſo, o per guadagno; ma vedeano d'entrare in una Compagnia, dove la ſpeſa, & il pericolo era loro, & il guadagno d'altri; per tanto lo Imperadore ſcarſo di partiti, ſenza perder più tempo deliberò aſſaltargli, credendo per avventura farli ridire, e forſe glie ne fu dato intenzione da' ſuoi mandati, o almeno con la ſcuſa di tale aſſalto fare, che lo Imperio affermaſſi, & accreſceſſi le ſue provviſioni, veggendo che le prime non erono baſtate. E perchè ſapeva, che innanzi a maggior provviſione d' aiuto e' non poteva ſtare ſulla Guerra, per non laſciare il paeſe a diſcrezione, ragunò avanti lo aſſalto a dì 8. di Gennaio a Buggiano luogo ſopra a Trento una giornata, la Dieta del Contado del Tiruolo. E' queſto Contado tutta la parte, che era del ſuo Zio, e gli rende più, che trecentomila Fiorini, ſenza porre alcun dazio: fa meglio, che ſedicimila Vomini da Guerra: Ha gli Vomini ſuoi ricchiſſimi. Stette queſta Dieta in pratica 19. dì, e in fine concluſe di dare mille Fanti per la ſua venuta in Italia, e non baſtando, inſino in cinquemila per tre meſi, e infino in diecimila per la difeſa del paeſe, biſognando. E doppo tale concluſione ſe ne andò a Trento, e a dì 6. di Febbrajo fece quelli due aſſalti verſo Rovere, & Vicenza con circa a cinquemila perſone, o meno, tra l' uno, e l' altro luogo. Dipoi ſi partì lui ſubito, e con circa a mille, e cinquecento Fanti, & i Paeſani, entrò in Val di Codaura, verſo il Trivigiano: predò una Valle, e preſe certe Fortezze; E vedendo, che i Veneziani non ſi moveano, laſciò quelli Fanti al grido, e ſe ne tirò in ſue

via per intendere la mente dell' Imperio. I Fanti in Codauro furno morti, donde lui vi mandò il Duca di Bronswich, di cui mai s' inteſe coſa alcuna. Ragunò in Svevia la Dieta la terza Domenica di Quareſima, e perchè annanſato, che l' ebbe, gli ſeppe di cattivo, ſe ne andò verſo Ghelleri, e mandò Pre Luca a' Veniziani a tentare quella Tregua, la quale ſi concluſe a dì 6. del preſente meſe di Giugno, perduto, che lui ebbe ciò, che egli aveva nel Friuli, e ſtato per perdere Trento, il qual fu difeſo dal Contado del Tirolo; perchè per lo Imperadore, e per le genti dell' Imperio, non mancò, che ſi perdeſſi, che tutte ne maggiori pericoli della Guerra ſi partivono, venuta la fine de loro ſei meſi.

Io sò, che gli Vomini udendo queſto, & avendolo viſto ſi confondono, e vanno variando in di molte parti, ne ſanno, perchè non ſi ſieno viſte queſte diciamnovemila Perſone, che lo Imperio promiſe, nè perchè la Magna non ſi ſia riſentita in ſulla perdita dell' onore ſuo, ne perchè cagione l' Imperadore ſi ſia tanto ingannato, e così ognuno varia in quello ſi debba o temere, o ſperare per l' avvenire, e dove le coſe ſi poſſino indirizzare. Io ſendo ſtato in ſul luogo, & avendone udito ragionare molte volte a molti, nè avendo avuto altra faccenda, che queſta, referirò tutte le coſe di che io ho fatto capitale, le quali ſe non diſtintamente, tutte inſieme alla meſcolata, riſponderanno ai queſiti di ſopra: nè le dico come vere, & ragionevoli, ma come coſe udite, parendomi, che l' ufizio d' un Servitore ſia porre innanzi al Signor ſuo quanto egli intende, a ciocchè di quello vi ſia di buono e' poſſi far capitale.

Ciaſcuno di quegli, a chi io ne ho ſentito parlare ſi accorda, che ſe l' Imperadore aveſſe una delle due coſe, ſenza dubbio gli riuſcirebbe ogni

ogni diſegno in Italia, conſiderato come ella è condizionata, le quali ſono, o che mutaſſi natura, o che la Magna lo aiutaſſe daddovero. E cominciandoſi alla prima, dicono, che conſiderato i fondamenti ſua, quando e' ſe ne ſapeſſe valere, e' non ſarebbe inferiore ad alcun altro Potentato Criſtiano: Dicono, che gli Stati ſuoi gli danno d' entrata ſeicentomila Fiorini, ſenza porre dazio alcuno, e centomila Fiorini gli vale l' Vfizio Imperiale. Queſta entrata è tutta ſua, e non l' ha di neceſſità obbligata ad alcuna ſpeſa. Perchè in tre coſe, dove gl' altri Principi ſono neceſſitati ſpendere, lui non vi ſpende un ſoldo, perchè e' non tiene genti d' Arme, non paga Guardie di Fortezze, nè Officiali delle Terre, perchè i Gentilomini del Paeſe ſtanno armati a ſua poſta; le Fortezze le guarda il Paeſe, e le Terre hanno i lor Borgimaſtri, che fanno lor ragione.

Potrebbe pertanto ſe foſſe uno Re di Spagna in poco tempo far tanto fondamento da ſe, che gli riuſcirebbe ogni coſa, perchè con un capitale di ottocento, o novecentomila Fiorini, lo Imperio non faria sì poco, ed il Paeſe ſuo non ſarebbe sì poco, che non faceſſe aſſai augumento, e avendo comodità di muover la Guerra ſubita, per aver gente da Guerra in ogni luogo, potrebbe trovandoſi provviſto di denari, muover Guerra ſubito, e trovare coll' armi ognuno ſprovviſto. Aggiugneſi a queſto la reputazione, che ſi tira dietro l' avere i Nipoti Re di Caſtiglia, Duca di Borgogna, e Conte di Fiandra, la coniunzione, che gl' ha con Inghilterra; le quali coſe gli ſarebbon di favor grande, quando le fuſſino ben uſate, in modo che ſenza dubbio tutti i diſegni d' Italia gli riuſcirebbono. Ma lui con tutte le ſopraſcritte entrate non ha mai un ſoldo, e ch' è peggio, e' non ſi vede dove e ſe ne vadino.

Quan-

Digitized by Google

Quanto al maneggiar l' altre coſe Pre Luca ch' è uno de primi ſuoi, che egli adopera, mi ha detto queſte parole. Lo Imperadore non chiede conſiglio a perſona, ed è conſigliato da ciaſcuno: vuol fare ogni coſa da sè, e nulla fà a ſuo modo; perchè non oſtante, che non iſcopra mai i ſuoi ſecreti ad alcuno, sponte, come la materia gli ſcuopre, lui è ſvolto da quegli, che gli ha intorno, e ritirato da quel ſuo primo ordine; e queſte due parti, la liberalità, e la facilità, che lo fanno laudare a molti, ſono quelle, che lo ruinono. Nè la ſua venuta d' Italia era per altro conto tanto iſpaventevole, quanto per queſto, perchè i biſogni colla vittoria gli creſcevono, non ſendo ragionevole, che gli aveſſi fermo il pie così preſto; e non mutando modi, ſe le frondi degl' alberi d' Italia gli foſſino diventati Ducati, non gli baſtavono. Ne è coſa, che con denari in mano allora non ſi foſſe ottenuta, e però molti giudicavano ſavi coloro, che penavono più a darli denari la prima volta, perchè eglino aveano a penare anche più a dargliene la ſeconda. E quando e' non aveſſi avuto altre azioni contro ad uno Potentato, glie ne arebbe domandato in preſto; e ſe non gli foſſino ſuoi preſtati, gli ſpeſi fino allora ſi ſarebbono gittati via. Io vi voglio dare di queſto uno veriſſimo riſcontro. Quando Meſſer Pagolo a dì 29. di Marzo fece quella domanda: Io, ſpicciato Franceſco da lui, andai a trovarlo col Capitolo fatto della petizione voſtra, e quando e' venne a quella parte, che dice, *non poſſit Imperator petere aliam ſummam pecuniarum &c.* voleva, che innanzi a *petere*, ſi metteſſe *iure;* e domandandolo io perchè, riſpoſe, che voleva lo Imperadore vi poteſſe richiedere denari in preſtito, donde io gli riſpoſi in modo, ch' e' ſi contentò. E notate queſto, che dagli ſpeſſi ſuoi diſordini,

na-

naſcono gli ſpeſſi ſuoi biſogni, e dalli ſpeſſi ſuoi biſogni, le ſpeſſe domande, e da quelle le ſpeſſe Diete, e dalla ſua poca eſtimazione le debili reſoluzioni, e deboliſſime eſecuzioni.

Ma ſe foſſe venuto in Italia, voi non l'areſti potuto pagare di Diete, come fa la Magna: e tanto gli fa peggio queſta ſua liberalità, quanto a lui per far Guerra biſogna più denari, che ad alcun' altro Principe; perchè i Popoli ſuoi per eſſer liberi, & ricchi non ſono tirati nè da biſogno, nè d'alcuna affezione, ma lo ſervono per il comandamento della loro Comunità, e per il lor prezzo, in modo che ſe in capo di 30. dì i denari non vengono, ſubito ſi partono, nè gli può ritenere prieghi, o ſperanza, o minaccia, mancandoli i denari. E ſe io dico, che i Popoli della Magna ſono ricchi, egli è così la verità; e fagli ricchi in gran parte perchè vivono come poveri, perchè non edificono, non veſtono, e non anno maſſarizie in Caſa, e baſta loro abbondare di pane, e di carne, e avere una ſtufa dove rifuggire il freddo. Chi non ha dell' altre coſe, fa ſenza eſſe, e non le cerca. Spendonſi in doſſo due Fiorini in dieci anni, ed ognuno vive ſecondo il grado ſuo a queſta proporzione, e neſſun fa conto di quello, che gli manca, ma di quello, che ha di neceſſità; e le loro neceſſità ſono aſſai minori, che le noſtre, e per queſto lor coſtume ne riſulta, che non eſce denaro dal Paeſe loro, ſendo contenti a quello, che il lor Paeſe produce, e godono in queſta lor vita rozza, e libera, e non vogliono ire alla Guerra, ſe tu non gli ſoprapaghi, e queſto anco non gli baſtarebbe ſe le Comunità non gli comandaſſino, e però all' Imperadore biſognerìa molti più denari, che al Re di Spagna, o ad altri, che abbia i Popoli ſuoi altrimenti fatti.

La

La ſua facile, e buona natura fa, che ciaſchuno, che egli ha d' intorno lo inganna: ed hammi detto uno de ſuoi, che ogni Vomo, ed ogni coſa lo può ingannare una volta, avveduto, che ſe n'è; ma ſon tanti gli Vomini, e tante le coſe, che gli può toccare d' eſſere ingannato ogni dì, quando e' ſe ne avvedeſſe ſempre. Ha infinite virtù, e ſe temperaſſe quelle due parti ſopraddette, ſarebbe un' Vomo perfettiſſimo, perchè egli è perfetto Capitano, tiene il ſuo Paeſe con giuſtizia grande, facile nelle udienze, e grato, e molte altre parti da ottimo Principe, concludendo, che ſe temperaſſe quelle dua, giudica ognuno, che gli riuſcirebbe ogni coſa.

Della Potenza della Magna veruno ne può dubitare, perchè ell' abbonda d' Vomini, di ricchezze, e d' armi, e quanto alle ricchezze e' non v' è Comunità, che non abbia avanzo di denari in Publico, e dice ciaſcuno, che Argentina ha parecchi miglioni di Fiorini, e queſto naſce, perchè non hanno ſpeſa, che tragga loro più denari di mano, che quella fanno in tener vive le Munizioni, nelle quali avendo ſpeſo un tratto, nel rinfreſcarle ſpendono poco, & hanno in queſto un ordine belliſſimo, perchè hanno ſempre in Publico da mangiare, bere, ardere per un anno, e così per un' anno da lavorare le induſtrie loro, per potere in una oſſidione paſcere la plebe, e quelli, che vivon dalle braccia, per un' anno intiero, ſenza perdita. In Soldati non iſpendono, perchè tengono gli Vomini loro armati, ed eſercitati. In ſalari, ed in altre coſe ſpendono poco, talmente che ogni Comunità ſi trova in Publico ricca. Reſta ora, che le s' uniſchino co' Principi à favorire le Impreſe dello Imperadore, o che per lor medeſime, ſenza e Principi, lo voglino fare, che baſterebbono. E coſtoro, che ne par-

Digitized by Google

parlano, dicono la cagione della diſunione eſſere molti umori contrari, che ſono in quella Provincia, e venendo ad una diſunion generale, dicono, che gli Svizzeri ſono inimicati da tutta la Magna, le Comunità da Principi, ed i Principi dall' Imperadore. E par forſe coſa ſtrana a dire, che li Svizzeri, e le Comunità ſieno inimiche, tendendo ciaſchedun di loro ad un medeſimo ſegno di ſalvare la libertà, e guardarſi da Principi; ma queſta lor diſunione naſce, perchè gli Svizzeri, non ſolamente ſono inimici ai Principi, come le Comunità, ma eziandio ſono inimici ai Gentiluomini, perchè nel Paeſe loro non è dell'una, nè dell'altra ſpezie, e godonſi ſenza diſtinzione veruna di Vomini, fuor di quelli, che ſeggono nei Magiſtrati, una libera libertà. Queſto eſempio degli Svizzeri fa paura ai Gentiluomini, che ſon rimaſti nelle Comunità, e tutta la lor induſtria è di tenerle diſunite, e poco amiche loro. Sono ancora nemici degli Svizzeri tutti quelli Vomini delle Comunità, che attendono alla Guerra, moſſi da una invidia naturale, parendo loro d'eſſer meno ſtimati nell'arme di quelli, di modo che non ſe ne può raccozzare in un Campo sì poco, nè sì gran numero, che non ſi azzuffino.

Quanto alla nimicizia de Principi colle Comunità, e co Svizzeri non biſogna ragionarne altrimenti, ſendo coſa nota, e così di quella frà l'Imperadore, e detti Principi: ed avete ad intendere, che avendo lo Imperadore il principale ſuo odio contro a Principi, e non potendo per ſe medeſimo abbaſſargli, ha uſato i favori delle Comunità, e per queſta medeſima cagione da un tempo in quà ha intrattenuto gli Svizzeri, con i quali gli pareva in queſt'ultimo eſſer venuto in qualche confidenza, tanto che conſiderato tutte queſte diviſioni in comuni, ed aggiuntovi

poi

poi quelle che ſono tra l' uno Principe, e l' altro, e l' una Comunità, e l' altra fanno difficile queſta unione, di che lo Imperadore averebbe biſogno. E quello, che ha tenuto in iſperanza ciaſcuno, che faceva per lo addietro le coſe dell' Imperadore gagliarde, e la Impreſa riuſcibile, era, che non ſi vedeva tal Principe nella Magna, che poteſſe opporſi ai diſegni ſuoi, come per lo addietro era ſtato. Il che era, ed è la verità: ma in quello, che altri s' ingannava è, che non ſolamente lo Imperadore può eſſere ritenuto, movendogli Guerra, e tumulto nella Magna, ma può eſſere ancora ritenuto, non lo aiutando; e quelli, che non ardiſcono fargli Guerra, ardiſcono negargli gli aiuti; e chi non ardiſce negargliene, ha ardire promeſſi, che glie n' ha, di non li oſſervare; e chi non ardiſce ancora queſto, ardiſce ancor di differirli in modo, che non ſieno in tempo, che ſe ne vaglia. E tutte queſte coſe l' offendono, e perturbonlo. Conoſceſi queſto da averli promeſſo, come e detto di ſopra, la Dieta diciannovemila Perſone, e non ſe n' eſſer mai viſte tante, che le aggiunghino a cinque mila. Queſto conviene, che naſca, parte dalle cagioni ſopradette, parte dall' aver lui preſo danari in cambio di gente, e per avventura preſo cinque per dieci. E per venire ad un' altra declarazione circa alla Potenza della Magna, e alla unione ſua dico queſta Potenza eſſer più aſſai nelle Comunità, che ne Principi: perchè e Principi ſono di due ragioni, o Temporali, o Spirituali; e Temporali ſono quaſi ridutti ad una grande debilità, parte per lor medeſimi, ſendo ogni Principato diviſo in più Principi per la diviſione eguale dell'eredità, che gli oſſervano, parte per averli abbaſſati lo Imperadore, col favore delle Comunità, come s' è detto, talmentechè ſono inutili Amici, e poco formidabili Nimici. Sonvi

an-

Digitized by Google

ancora, come è detto e Principi Eccleſiaſtici, e quali ſe le diviſioni ereditarie non gl' anno annichilati, gl' ha ridutti a baſſo l'ambizione delle Comunità loro col favore dell' Imperadore; in modo che gl' Arciveſcovi Elettori, e altri ſimili non poſſono nulla nelle Comunità groſſe proprie, dal che n' è nato, che loro, ne *etiam* le lor Terre, ſendo diviſe inſieme, poſſono favorir l' Impreſe dell' Imperadore, quando ben voleſſero.

Ma veniamo alle Comunità Franche, e Imperiali, che ſono il nervo di quella Provincia, dove è denari, e ordine. Coſtoro per molte cagioni ſono per eſſer fredde nel prevederlo, perchè la intenzione loro principale è di mantenere la loro libertà, non d' acquiſtare Imperio, e quello, che non deſiderano per loro, non ſi curono, che altri lo abbi. Dipoi per eſſer tante, e ciaſchuna far capo da per sè, le loro proviſioni, quando le vogliono ben fare, ſono tarde, e non di quella utilità, che ſi richiederebbe. In eſemplo ci è queſto. E Svizzeri nove anni ſono aſſaltorono lo Stato di Maſſimiliano, e la Svevia; Convenne il Re con queſte Comunità per reprimerli, e loro s' obligorono tenere in Campo quattordici mila Perſone, e mai vi ſe ne raccozzò la metà, perchè quando quelli d' una Comunità veniano, e gl' altri ſe ne andavono. Talchè lo Imperadore diſperato di quella Impreſa, fece accordo con e Svizzeri, e laſciò loro Baſilea. Or ſe nell' Impreſe proprie Egli hanno uſati queſti termini, penſate quello faranno nell' Impreſe d' altri; D' onde tutte queſte coſe raccozzate inſieme fanno queſta loro Potenza tornare piccola, e poco utile all' Imperadore. E perchè e Veneziani per lo Commercio, che gli hanno co' Mercatanti delle Comunità della Magna, l' hanno inteſa meglio, che verun altro d' Italia, ſi ſono meglio appoſti, perchè ſe gli aveſ-

ſino temuta queſta Potenza, e non ſe gli ſarebbono oppoſti, e quando pure e ſi gli foſſino oppoſti, s' eglino aveſſino creduto, che ſi poteſſino unire inſieme, e non lo arebbon mai ferito, ma perchè e' pareva lor conoſcere questa impoſſibilità; ſono ſtati sì gagliardi come ſi è viſto, non oſtante, che quaſi tutti quegl' Italiani, che ſono nella Corte dell' Imperadore, da' quali io ho ſentito diſcorrere le ſopraddette coſe rimanghono appiccati in ſu queſta ſperanza, che la Magna ſi abbia a riunire adeſſo, e l' Imperadore gettarſele in grembo, e tenere ora quell' ordine di Capitani, e delle Genti, che ſi ragionò anno nella Dieta di Goſtanza, e che lo Imperadore ora cederà per neceſſità, e loro lo faranno volentieri, per riavere l' onore dell' Imperio, e la Triegua non darà loro noia, come fatta dall' Imperadore, e non da loro: al che riſponde alcuno non ci preſtar molta fede, che gli abbi ad eſſere perchè ſi vede tutto il giorno, che le coſe, che appartengono in una Città a molti ſono traſcurate, tanto più debbe intervenire in una Provincia; Dipoi le Comunità ſanno, che lo acquiſto d' Italia, ſarebbe pe' Principi, e non per loro, potendo queſti venire ad goderſi perſonalmente li Paſſi d' Italia, e non loro, e dove il Premio abbia ad eſſer ineguale, gli Vomini mal volentieri egualmente ſpendono, e così rimane queſta oppinione indeciſa, ſenza potere riſolverſi a quello abbia ad eſſere. E queſto è ciò, che io ho inteſo della Magna.

Circa all' altre coſe di quello, che poteſſe eſſer di Pace, e di Guerra tra queſti Principi, io ne ho ſentito dire coſe aſſai, che per eſſer tutte fondate in ſu congetture di che ſe ne ha quì più vera notizia, e miglior giudizio, le laſcierò indrieto. Valete.

NO-

# NOBILI VIRO NICOLAO DE MACLAVELLIS EXCELSAE CIVITATIS FLORENTIAE SECRETARIO ET ORATORI IN GALLIA APUD CHRISTIANISSIMAM REGIS MAIESTATEM PRAECIPUO.

## *ARGVMENTVM.*

*Officioſa eſt Epiſtola, quidque novi Florentiae adciderit ſignificatur.*

PAtrone mi ſalve, multum commendatione praemiſſa &c. Literae tuae nobis nudius tertius redditae, quamvis etruſce, pergratae tamen fuere, nam & a *Nicolao Maclavello*, & exſules regione quidem longiſſima, & ex altero quaſi orbe, ut ait Poeta, profectae ſunt: Tu vero ad nos redibis, cum hodie hinc *Petrus Franc. Toſingus* Orator [a], & *Bernardus Riccius* mandatarii ad vos in Galliam Tranſalpinam, ſive Brittaniam diſcedant.

Redeas igitur quamprimum quaeſo, redeas properanter oro, redeas quam ocyſſime obſecro. Mihi enim quidam nobiliſſimus Civis, qui Te unice diligit, inſinuavit, quod locum in Palatio tuum (ni adſis) perdes omnino: volui pro eo amore, quo Te proſequor, & amplector, hoc ſemel dixiſſe.

Perlegi literas Tuas *D. Marcello*, duobus aliis Cancellariis, & *Blaſio*, qui omnes tenentur miro videndi Tui deſiderio: iucundus enim ſermo tuus, urbanus, & ſuavis nos labore adſiduo effoetos, & marceſcentes, dum circa aures noſtras obſtrepit, levat, exhilarat, atque inſtaurat: alia itidem permulta ſunt, quae reditum tuum efflagitant; ſed coram melius. *Andreas*, & *Iulianus* ſe pollicentur ſcripturos ad Te, quandoquidem morbo articula-

D ri,

a Vid. *Scip. Ammiratum* P. II. Hiſt. Flor. A. MD.

ri, quo pridem laborarunt, liberati ſunt; hoc autem, quod in talari ludo, & in chartis (ad rompham dicunt) ſe crebro exercent. *Blaſius* olim *Proteſilaus* nequaquam torpet, quin ludum rompharium, aleatoriumque, & ipſe calfacit, quamquam ſuum ſibi palumbulum tenellulum *Ant. Vallenſis* vocitat; obque hoc, & quod numquam facit venerem, non luſurum ſe amplius cum eodem *Antonio* vovit, ni ludant ad primeriam. Collegae omnes Tui hic bene ſe habent, & tamen non bene ſubputas, neque ariolaris, quod tibi perſuadeas, dum alter noſtrum iſtic aegrotat, duos ex iſtis itidem hic aegrotare. Ait *Arretinus*, quod vel Tu aegrotabis prius, prout collega iſtic Tuus, ac moriere, quam ullus ipſorum, quoniam ſtrenue magis adverſitatem omnem, incomoditatem, moleſtiam, & difficultatem ipſi pugnant, quam vos. Ioco tamen hactenus. Serio illud, quod non abs re fuerit, ſi Florentiam revertaris, deſque operam, ut caligatus ipſe per lutum, coenum, & aquam equitare per Te, ſiccis pedibus poſſit. *Veſpuccius* itidem, quod ſibi pellem adferas ob hanc ipſam rem, memorat. *Marcellus* [a] noſter primarius, ſe infra decennium non ſuſcepturum prolem ex coniuge penitus adſeverat; quam ob rem neſcio. Certo ſcio, hoc, quod Te in germani fratris loco diligit, tametſi non baptizes. *Fedinus* ille noſter bipedum, & quadrupedum impuriſſimus, Piſtorii apud Commiſſarios eſt. *Octavianus Ripa* ſolus apud decemviros, qui niſi videant, unde erogare pecuniam poſſint pro rebus bellicis, numquam deliberabunt ſuffragiis, neque literas ſuo nomine mittent. Idem *Ripa*, cum iocandi, & relaxandi animi cauſa loqueremur de Te, quantopere, quam urbanitate, ac dicteriis abundares, ut quampluries laetari, ridere, quin immo cachinnari etiam quique cogeremur

[a] *Marcellus* ſcilicet *Virgilius*.

remur cum eſſes coram; illud addidit, non poſſe Te ullo pacto in Galliis, niſi magno diſcrimine diverſari, proptereaquod iſtic Pedicones, & pathici vexantur *lege acriter*. Nobis autem, quibus optimi, & candidiſſimi mores Tui innoteſcunt, ſubdubitantibus, quibuſve, id ſi vellet quaeritantibus, muſſitando reſpondit, peditaſſe Te equum, anumque tibi, & clunes, proh facinus, diffregiſſe. *Lucas* vero noſter, qui tantopere ſatagit Cancellariae, & domus, quam ſibi a fundamentis erexit, obque iſta duo aerumnoſus ſe tibi commendat, poſitus enim intra ſacrum, & ſaxum, cruciatur miſere; ſolvere fiſco, quod debet, nequit, & niſi plus ſolvat, ſeque a ſpeculo liberet, fieri non poteſt (ut ſuis virtutibus merebatur, optabatque) in *Alphani* loco ſcriba ordinari, quae res nequaquam fieret ei difficilis, ni ſpes nominandi in conſilio ab eo, in cuius manu facultas eſt, ſibi deeſſet: commendat ſe tamen omnipotenti Domino, & cunctis amicis. Scis etenim ipſe, quantopere fide, & taciturnitate valeat, quantumve in ſcribendo velociter, & concinne literarum characteres exprimat: cui, quin reditus tuus ſuffragetur, cum bonis faveas, veri quidem ſimile non eſt: ego eodem in loco, ubi me reliquiſti, non parum laboris fero. De rebus vero civilibus, ni ad Te & ad alios nonnulli iſtuc ſcriberent, non nihil dicerem: Annona hic non cara, aer ſaluberrimus, & contenti ſatis fere omnes, eos praeter, qui ſcabie Gallica, ſeu Neapolitana laborant, invaleſcit enim morbus huiuſmodi in dies magis, atque repullulat [a] ut intelligas, veretrum, ſive mutonem perdidiſſe, alii videas naſum cecidiſſe, alium luſcum evaſiſſe, alium vulcano ſimillimum; hoc tibi pro iure amicitiae recenſui, ut caveas, & ſo-



[a] De huiuſce venereae peſtis origine obiter egimus in Vita Americi Veſpucci a nobis edita Florent. A. MDCCXLV.

& ſoſpes, incolumiſque ad nos revertaris, Tuoſque *Martellum*, *Caſavecchiam*, *Rapha*, *Girolaminum*, *B. Valorium*, *Fratancioiam*, *D. Federicum*, & multos alios familiares, & amicos, qui ſe tibi commendant, laetuſque & ſerenus reviſas. Dux *Valentinus* facit mirabilia magna ſolus in Flaminia, iactaturque vulgo, & rumor increbreſcit, quod ubi Faventiam, Bononiamque expugnaverit, velit ferro aperire iter *Petro Medici*, ut hic pluſquam civis (facinus magnum) tantae Civitati imperitet [a]. Avertat Dominus iam omnia a nobis mala, quorum quinquennium pars magna fuimus: Literas tuas expecto Britannicas. Bene vale, & reſcribe, redi, numquam memor, nos dilige, & mutuiter ama.

Die XX. Octobr. MD.

Auguſtin. Veſpuc. Tuus.

SPE-

[a] Conſulendus *Scipio Ammiratus* Tom. II. Hiſt. Flor. ſub A. MD.

# SPECTABILI VIRO NICOLAO DE MACHIAVELLIS PATRONO SVO HONORANDO FLORENTIAE.

## *ARGVMENTVM.*

*Mariſcottae in Machiavellum humanitatem, & officia praeconiis effert.*

SPectabilis vir &c. Lo avere a rimandarvi l' allegata ricevuta ſotto uno mio piego, mi ha data occaſione di ſcrivervi, che altrimenti non l' arei fatto, per non aver che dire. Aſpetto le voſtre con deſiderio, e di nuove non ho niente, che meriti eſſere ſcritto. Non voglio già tacere, che io comprendo, che dopo la partenza voſtra la *Mariſcotta* ha parlato di voi molto honorevolmente, e lodato aſſai le maniere, e i trattenimenti voſtri, di che a me ne gode el cuore, perchè deſidero ogni voſtro contento, e vi aſſicuro, che ſe tornerete in quà, ſarete ben viſto, e forſe meglio carezzato. Sciſſi a Roma ſecondo el biſogno, e ne di là ho poi avuto altro in materia. Intendendo coſa alcuna vi aviſerò, e a voi mi raccomando.

Faventiae XXIX. Iulii MDXXV.

Vti frater Franciſcus de Guicciardinis.



Digitized by Google

# SPECTABILI DOMINO NICOLAO MACHIAVELLI COME FRATELLO HONORANDO IN FIRENZE O DOVE FUSSI.

## ARGUMENTUM.

*Certiorem Machiavellum reddit, de congreſſu quodam Placentiae habito.*

Meſſer *Niccolò* cariſſimo ec. Ebbi le voſtre de Modena con l'aviſo longo del caſo intravvenuto el dì, che vi partiſti de quì; e perchè, come voi ſapete la natura mia è, non voler riſolver da me medeſimo le coſe importanti, feci chiamare el Conſiglio, del quale furono principali el Veſcovo di Caſale, & el Teſauriere, e per ſua grazia volle intravvenirvi ancora el Vicelegato, che cognoſce l'Uomo. Vi fu l'Ambaſciatore del Duca de Milano, e il Locotenente del Marcheſe di Mantova, e tanta altra Baronia, che non intra tanta in Conſiglio nel Campo de' Veneziani. Leſſi la lettera voſtra, & fu conſiderato tutto, & diſcorſo tanto bene, quanto ſi faceſſi el dì, che noi conſigliammo di non ſoccorrere el Caſtello. Non voglio intrare nei particolari, perchè non ho el capo a contar favole, e anche ſono sforzato a intrattenere Meſſer *Filicciaſo*, che per ſua grazia è ſtato tutto oggi meco, ma la diſputa tutta fu ſopra due punti, el primo ſe quella di *Gianocio* aveva a eſſer chiamata vendetta, o tradimento; L'altro, ſe pur ſi aveva a chiamar vendetta; ſe era ſtata onorevole, o nò, a uno ſuo pari. Ma laſſando andare le chiacchiere l'amico venne quà ierſera, & ſi lamentò de buon ſenno, che mentre, che voi eri là, voi non vi degnaſte mai chiamarlo Commiſſario, ma ſempre le deſte del Podeſtà. Il che lui

lui ha ripreſo, che voi faceſte per uccellarlo, e per torgli reputazione. E in verità ne è di maliſſima voglia: ma non erano ancora ben finite le ſue querele, che io ebbi una lettera dal Maeſtro della Poſta, la qual mi aviſava, che queſto venerabile Vomo aſſignava di avere ſpeſo per voſtro conto ben cinque ducati, tra la roba, che voi avevi mangiata, e quella, che la ſera dinanzi ſe era gettata via per voſtro conto, e dimanda che la Comunità gli paghi queſta ſpeſa, allegando, che non aveva che far con voi, ma che vi aveva alloggiati per commiſſione mia, che vi mando a proceſſione in ſervicio di Noſtro Signore; in modo che vedendomi nominato in queſta novella, e che queſte mercandatie non ſono ſenza carico mio, me cominciai a riſentirmi ſeco; e perchè lui negava proſuntuoſamente, mi biſognò lavargli un bucato, dove andò poco manco ſapone, che quello, con che fu lavato el capo al Fratello. Vedete che bella novella è ſtata queſta: voi la cominciaſte in Commedia, & io l' ho quaſi finita in Tragedia, & così ho perſo tutto el piacere, che avevo avere de fatti ſuoi. Et bene valete.

Placentiae XXX. Octobris MDXXVI.

Vr Franciſcus de Guicciardinis.

# REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI ET DOMINO D. MEO COL. D. CARDINALI DE MEDICIS [a] BONONIAE LEGATO DIGNISSIMO.

## *ARGVMENTVM.*

*Vt a tribus incompatibilibus, ut inquit auctor, ſolvatur, enixe rogat.*

Reverendiſſime Domine D. mi Colendiſſime. La ſervitù, & obſervantia mia, che da molti giorni in quà ho ſempre avuta verſo Voſtra Signoria Reverendiſſima, e l'amore, e benignità, che quella mi ha dimoſtrata ſempre, mi danno ardire, che ſenza adoperare altri mezzi, io ricorra ad eſſa con ſperanza di ottenerne ogni grazia; e quando inteſi a dì paſſati, che Voſtra Signoria Reverendiſſima aveva avuta la Legazion di Bologna, ne ebbi quell'allegrezza, che averei avuta, ſel Patron mio *Cardinale da Eſte*, fuſſe ſtato fatto Legato; sì perchè de ogni utile, e d'ogni onore de Voſtra Signoria, ſono di continuo tanto deſideroſo, e avido, quanto un vero, & affectionato Servitore, deve eſſer de ogni exaltazione del Patron ſuo, sì anche perchè mi parve, che in ogni mia accurrenzia io fuſſe per avere quella tanto propicia, e favorevole, quanto è debitore un grato Patrone ad un ſuo deditiſſimo Servo.

Supplicó dunque Voſtra Signoria Reverendiſſima de volermi per Bolla diſpenſare ad tria incompatibilia, & a quel più, che ha autorità di fare, o che è in uſo, & a più dignitade inſieme, con quelle ample clauſule, che ſi ponno fare,

a *Io. Card. Mediceus* hic eſt, qui Summum Pontificatus apicem, Anno MDXII. die XI. Martii ad *Leonis X.* nomine, evectus eſt.

Digitized by Google

re, *& de non promovendo ad Sacros Ordines* per quel tempo, che più ſi può concedere. Io ſon ben certo, che in Caſa di Voſtra Signoria Reverendiſſima è chi ſaprà far la Bolla molto più ampla, che non ſo dimandare io.

L'Arciprete di Santa Agatha preſente exhibitore, il quale ho in loco di Patre, & amo per li ſuoi meriti molto, venirà a Voſtra Signoria per queſto effecto. Eſſo torrà la cura di far fare la ſupplicatione di quello, che io dimando. Supplico Voſtra Signoria Reverendiſſima a farlo expedir gratis, la qual mi perdoni, ſe io le parlo troppo arrogante, che l'affectione, e ſervitù mia verſo quella, e la memoria, che ho delle offerte fattemi, da eſſa molte volte, mi darebbono ardire di domandarle molto maggior coſe di queſte (ancorchè queſte a me parranno grandiſſime) e certitudine d'ottenerle da Voſtra Signoria. Se ricordi, che deditiſſimo Servo le ſono, alla quale umilmente mi raccomando.

Ferrariae XXV. Novembris MDXI.

D. V. Reverendiſſima.

*Deditiſſimus, & Vmilis Servus*
Ludovicus Arioſtus Ferrarienſis.

AL

Digitized by Google

## AL MOLTO MAGNIFICO MESSER POLIDORO CORNAZZANO SVO ONORANDO.

### *ARGVMENTVM.*

*Laetitiae ſignificationes, cum Iulius III. ad ſummum Pontificatum evectus fuerit; quidquid novi acciderit edocetur.*

SE io non voleſſi parere quello, che io non ſono, cioè poco conoſcente della corteſia, che avete uſata in iſcrivermi novelle, io volentieri mi dorrei della brevità troppo ricercata da voi delle coſe, nelle quali niuna lunghezza ci ſarebbe paruta troppa, per eſſere poco ſapute da noi per la lontananza. Ma non che me ne doglia, anzi vi ringrazio aſſai. Ora qui ſi ſono fatte allegrezze della creazione di Papa *Giulio III.* da' più vili Cittadini, che ci ſieno, cioè da *Videli*, e da *Canobi*. Io non annoverò i *Corteſi* tra i rallegranti, li quali ancorachè abbiano fatti fuochi, & ſegni di letitia, erano però ſtimati eſſere dolenti per la lite, che pendeva tra loro, & l'*Horſilia*, Figliuola di Meſſer *Giacomo Corteſe* Moglie di *Gio: Batiſta Monte* Nipote del Papa, li quali dopo lungo penſamento ſe ne ſono andati a Roma, per veder di ottenere dalla liberalità Pontificale la roba, che ſi piattina, o ſi doveva piatire. Quì è il Sig. *Batiſtino Strozzi* Governatore, ancorachè non abiti in Caſtello, ma in Palazzo, e dica di non voler eſſere lungamente Governatore: è ſevero, e ſollecito, quanto è poſſibile, in guardare la Città, e in mantenere i Cittadini cheti. Non può eſſere uccellato dal Barigello, come era, o voleva eſſere alcuno altro; che egli in perſona ſconoſciuto ſe ne va attorno di dì, e di notte; pure non ha ancora punito alcuno Cittadino,

con

Digitized by Google

con altro, che con prigione, o con la caſa propria, vetando loro l'uſcir fuori per tanti dì. Fu fatto un ſeminello a Meſſer *Ant. Valentino* abitatore della ruga grande. E questo era già riputato delle più vergognoſe ingiurie, che ſi poteſſero fare; ma per eſſerſi fatto molto ſpeſſo a' dì noſtri, per la communanza è riputata delle minori ingiurie. Ora fu ſtimata da molti eſſere ſtata opera di Madonna *Anna*, e di Madonna *Laura*, l'una delle quali fu maritata, e l' altra ancora è in caſa i *Garandini*, per avere egli favorita la giovane, maltrattata da loro, ancorachè il Sig. *Galeazzo* non la voleſſi aſcoltare. Poi il Podeſtà noſtro che è un rigidiſſimo Vomo, o per dir meglio crudeliſſimo ha fatto prendere un *Giovanni* da *Novantola* ſartore, come commettitore di queſto ſeminello, & tuttochè non aveſſe ſufficienti indicii l'ha collato bene, & ſtroppiato, ne però ha trovata coſa alcuna. Intanto le dette Gentildonne ſono ſtate condennate a Ferrara per le giovane in cinquanta ducati per ciaſchuna di loro. Quì ſi è gioſtrato, e voluto eſſere impiccato, e difeſo Amore; coſa che mi pare queſto anno eſſere ſtata generale per tutte le Città d' Italia, & per avventura fuori d' Italia, in guiſa viſſe il Mondo a ſomiglianza. Della quale ciancia non ſo quale mi udiſſi mai dire, o vedeſſi più fredda, e dubito aſſai, che non ſia una vanità Spagnola procedente da ignoranzia. Il Conte *Fulvio* è comparito armato in piazza, & ha colpito nella quintuna, & avuto il pregio, & ha torneato con iſtocchi ſenza punta, & ſenza taglio molto leggiadramente, & il Conte *Baldeſera*, il quale rifiuta in tutto le lettere, come impedimento delle armi, non n'ha fatto nulla. Come ſia paſſata, e paſſa la coſa di Parma io ho così pieni gl' orecchi, che non fa già meſtiere, che voi di così lontano paeſe ce lo

lo ſcriviate. Morì il *Flaminio*, & l'*Alciato*, & prima era morto Meſſer *Gabriel Trifone*. Ora Meſſer *Ant. Fiordibello* par che ſi ſia acconcio col Cardinale d'Inghilterra [a], il quale ſi troverà, ſe l'ha preſo in luogo del *Flaminio*, havere fatto un mal cambio. *Maeſtro Antonio* noſtro Lucheſe è chiamato dalla Patria ſua a leggere con groſſo ſalario, il quale ha avuta una diſputa con Meſſer *Carlo Sigone*, tuttochè Meſſer *Carlo* ſe ne vergognaſſe, e lo ſdegnaſſe, come non pari ſuo, la quale non ha mai avuto fine, ſe non con l'autorità interpoſta del Sig. *Batiſtino*. Son tutto voſtro.

In Modona V. Marzo MDL.

Voſtro Lodovico Caſtelvetro.

ALLA

[a] Card. *Reginaldus Polus*.

Digitized by Google

# ALLA REVERENDA MADONNA BADESSA DI SANTA CHIARA DI LVCCA [a].

## *ARGVMENTVM.*

*Plebaniae Ficecli ius patronatus, atque eiuſdem conlatio pro Abbatiſſa S. Clarae Vrbis Lucenſis decernitur.*

HO viſto con diligentia, e maturamente le ragioni del voſtro Moniſtero, e delli Vomini, & Comune di Fucecchio ſopra il padronato, che pretendono nella Pieve di detto luogo, e avendo trovato, che anticamente ſopra di ciò fu ſentenziato contro di loro, e non avendo viſto alcuna ragione efficace, per la quale ſi dimoſtri, che detto Padronato appartenga loro, ho

*a* Inſigne fuit huiuſmodi Coenobium Clariſſarum in Tuſcia a *Paullo Guinigio* excitatum A. MCCCCXXVI. Huic cum addicta fuerint bona omnia ac privilegia vetuſtiſſimae, atque opulentiſſimae Abbatiae S. Salvatoris Ficecli, cui ab anno uſque MX. Valliſumbroſae Monachi praeerant, illis ob malam adminiſtrationem expulſis, iuriſdictio Epiſcopalis, quam ibidem exercebant, in Abbatiſſam S. Clarae Vrbis Lucenſis tranſiit, eamque per Vicarios, alioſque curiae adminiſtros exercuit ad annum uſque MDXXII. quo Tempore Nobilis S. Miniatis Terra, urbs declarata eſt, ibiſque Epiſcopalis Sedes defixa. Lectori meo rem gratam facturum arbitror hic decretum quoddam ab Abbatiſſae Vicario conſcriptum proferre, quod mihi doctiſſimus *Lamius* humaniſſime communicavit.

Nos Alexander Spada Sacrae Theologiae Doctor Eccleſiae Cathedralis Lucenſis Canonicus Poenitentiarius, & in hac parte Vicarius Generalis Terrae Fucecchi cum annexis in ſpiritualibus iuriſdictionis Reverendiſs. Abbatiſſae Monaſterii S. Clarae de Luca, alias de Gattaiola, dominii in temporalibus Sereniſſimi Magni Ducis Etruriae, ne huiuſmodi Terra in ſpiritualibus ob noſtram quandocumque abſentiam damnum patiatur, utens authoritate ordinaria, & de conſenſu praedictae Abbatiſſae ad noſtrum libitum in noſtrum Provicarium eligimus multum Reverendum D. Io. Baptiſtam Panicacci de Fucecchio cum omnimoda, & plena authoritate, poteſtate, & balia, quam nos habemus, tam de iure, quam ex forma Sacrorum Canonum, & quorumcumque privilegiorum dictae Reverendiſſimae Abbatiſſae competentium, procedendi tam in cauſis civilibus, quam criminalibus, cum hac tamen declaratione, & reſervatione, quod ad definitivam procedere non valeat abſque ſpeciali noſtro voto in ſcriptis tranſmittendo, nec non etiam in negotiis, & regimine Mo-

Digitized by Google

ho così referito al Duca mio Signore, & però Sua Eccellenzia ſi è contentata, che la ragione della Reverenza Voſtra li ſia fatta buona, e oſſervata; onde ſi è dato licenzia a Meſſer *Silveſtro Galeſſio*, che per virtù della collatione, & gratia fattali di detta Pieve da Voſtra Reverenza & ſuo Convento, ne poſſa pigliare liberamente il poſſeſſo, come quella intenderà più diffuſamente per lettera di Meſſer *Lorenzo Pagni*, che le farà più largo teſtimonio della buona mente di Sua Eccellenzia a favorir ſempre le ragioni del voſtro Monaſtero, & a farle ogni comodità, & a Voſtra Reverenza mi offero, & raccomando, che Dio la conſervi in ſua gratia.

Di Firenze il dì XVIII. di Novemb. MDLII.

Di V. R.

Deditiſs. Lelio Torelli Auditore a.

AR-

Monaſterii Monialium S. Andreae de Fucecchio ſpectantibus, & pertinentibus non ſe immiſceat abſque expreſſo ordine, & commiſſione noſtra pariter in ſcriptis obtinenda.

In quorum fidem has preſentes noſtras literas manu propria ſubſcripſimus, noſtroque Sigillo munitas fecimus.

Datum Lucae in noſtris aedibus prope Eccleſiam S. Petri Somaldi die VIII. Maii MDCXXI.

( locus Sigilli )

Alexander Spada
Vic. Supr.

a *Laelius Taurellus* Fanenſis I. C. celeberrimus Senator poſtea renunciatus a *Coſmo I.*, cuius auditor, & a ſecretis fuerat. Praeter reliqua, eius diligentia Pandectarum libri, qui Florentiae MSS. adſervantur, ſplendida editione prodierunt. A. MDLIII. *Alexandri Medicei* funus eleganti oratione Typis edita proſecutus eſt: Suorum vero operum laudatorem habuit *Petrum Victorium*, *Car. Sigonium*, *Bargaeum*, *Marc. Ant. Flaminium*, *Ant. Auguſtinum*, alioſque quamplures.

## A R G V M E N T V M.

*Bernardo Iuntio ſcripta eſt Epiſtola, in eaque de Pontifice Iulio III. queritur, quod Ioannem Filium in Cardinalium coetu non cooptaverit.*

## IL DVCA DI FIRENZE.

ALla voſtra lunga lettera con belli eſordi, e rare concluſioni, faremo con queſta riſpoſta a quella parte, che lo ricerca per ora; e vi diciamo, che a Sua Santità diciate, che promova li ſuoi Nipoti, & ogn' altro, che a Sua Santità ſatisfacci, al Cappello, che a noi sarà cariſſimo, ſiccome ſempre ſa, che l' abbiamo confortato a penſare alle coſe della Caſa ſua, ſicchè in queſto di nuovo in nome noſtro ne lo conforterete; e quanto a *D. Giovanni* diciamo, che a noi non dette mai faſtidio il non eſſer Cardinale, perchè crediamo non ſia coſa da doverli mancare a ſuo tempo; e ſe Sua Santità, e li ſuoi non fuſſero ſtati quelli, che l' aveſſero trombettato per il Mondo, lei ſa, che noi mai glie n' abbiamo fatto inſtanzia, ſe non dopo queſti ſucceſſi, il che tornandoli comodo il non farlo, ci averemo queſta ſodisfazione, che il Mondo conoſca, che le qualità di ſuo Padre, o ſua, non ſaranno quelle, che dopo tal pubblicazione fatta, glie ne tolghino; e ſe in queſto non ci fuſſe ſtato il mezzo delle lor cicalate, che così biſogna chiamarle, Sua Santità conoſceva quanto poco ſtimiamo, o ci importi tal dignità, ne ora ne averia avuto queſto faſtidio: ben vi diciamo, che Sua Santità non conoſce l' umore, e fantaſia noſtra, la quale ſtima aſſai più l' onore, che l' utile; e ci par che molto mal diſcorra, ſe penſa con

con un parentado li paia far gran coſa [a], e con gran ſolennità a volerſi imparentar con noi per farci grazia, e mercede di un Cappello, e li eſempi a noi ſono troppo odioſi; però concludendo vi diciamo, che facci li ſuoi Nipoti a ſuo piacere, che ſe *D. Giovanni* fuſſe Cardinale per via del parentado, lo ſcappelleriamo, non che farlo; e queſto è quanto per ora ricerca riſpoſta la voſtra, dicendovi, che ormai li Cardinali ci danno poco faſtidio, e ci importano poco, ſieno chi vogliono. Dell'altre coſe della lettera a ſuo tempo ſi potrà riſpondere, poichè Sua Santità per ora non ſi deve curar altro, che le riſpoſte delle coſe della promozione, la quale facci come più li piace a ſuo comodo.

Piſa il dì XIII. di Novembre MDLIII.

RICH.

[a] *Scipio Ammiratus* Flor. Hiſt. P. II. ſub A. MDLIII. ita rem narrat. = Ma il Pontefice entrato in deſiderio di parentado col Duca di Firenze, una delle cui Figliuole deſiderava per Moglie di un Figliolo del ſuo Fratello *Balduino*, il quale era ancor fanciullo, & quel che è peggio non legittimo, e conoſceva, che il Duca ardentemente bramando di levare queſta pericoloſa vicinanza al ſuo Stato, non veniva a queſto negozio di buone gambe, conſiderando, che quanto più gli durava queſto ſoſpetto, tanto più ſi ſarebbe inchinato a ſodisfarlo del Matrimonio &c.

## *ARGVMENTVM.*

*Se quod literas antea non ſcripſerit excuſat, libroſque recentiſſime excuſos recenſet.*

## CL. V. MARCELLO ADRIANO IO. BAPT. F. RICHARD. THOMSON S.

VBi illa, inquies, ex itinere promiſſa ſcriptio? Satis nonne tibi praeſtamus, *Marcelle* doctiſſime, ſi tum ſcribimus, cum primum ocium nacti ſumus, & cum quod ſcribamus ſuppetit? Nam in itineribus etſi multa accidant, tamen plerumque indigna omnia, quae ſcribantur: ne iam valetudinem utriuſque noſtrum cauſer, quae ſane parum commoda toto illo tempore. Ergo incolumes tandem, καὶ διερῷν πολί in Angliam pervenimus: ubi tu deinceps habiturus es eum amicum, qui tua cauſa nihil non facturus ſit, quod imperaveris: ita meretur ſumma tua, & eruditio, & humanitas. Ne vivam, *Marcelle*, niſi dum illarum recordatio in hoc animo vivet. De Aeſchylo, ubi ad me rediero, ideſt, ad Academiam ſtudiorum omnium nutriculam, faciam te voti compotem, & omnia illa, quae ſane plurima in illum auctorem habeo, quamprimum mittam. Vtinam aliqua ſaltem ex parte redoſtire in referenda gratia poſſim. Pariſiis tandem prodiit *Servius* ille tamdiu deſideratus. Prodiere multa alia Graeca apud *Morellium*. Commentarii *Ludovici* Regis in Politica *Ariſtotelis* recuſi ſunt, & adiuncti eiuſdem Commentario ad *Platonem* de Repub. Eduntur *Florentis Chriſtiani* ſcripta poſthuma: Gloſſemata illius ad *Scenam Ariſtophanis* toties a *Cuſſio*, & me laudata, aliquot emi: tantum occaſio ad vos mittendi deeſt: videbo ergo diligenter, an porro poſſim. *Henricus Cuff* in Hiber-

bernia, barbara terra, & inhoſpita: ne ergo miremini, virorum humaniſſimi, ſi nihil ſcribat. Credo, ut aſſueſcat ſylvis & paludibus, ne erigere quidem animum audere, & ad Italiam veſtram reſpicere. Igitur donabilis, imo perdonabilis, hoc illius fortunae. De rebus ipſis hybernicis eſt quod bene ſperemus. Hactenus enim omnia ſic ſatis ex animi noſtri ſententia procedunt. Noſtri parant claſſem magno opere, imo properant. Rumor eſt Hiſpanos multis navibus, & triremibus mare noſtrum infeſtum habere, & meditari neſcio quid invaſionis. Igitur obviam ibimus; & alacriter fines noſtros tutabimur. In Batavis Hiſpanus fruſtra eſt, ſolvit obſidionem Oppidi Bommel, quod tot menſes oppugnarat. Ita ergo bis excidit conſiliis ſuis hoc anno, & militem multum amiſit. De Batavorum claſſe hoc tantum. Hactenus tenere illam mare, & obſervare reditum Hiſpanicae claſſis ex Indiis; quo eventu, porro ſcietis. Mittunt iam 60. alias naves, quae prioribus ſuccenturientur. Rediere illorum mercatoriae naves ex Oriente valde opulentae; ſumma enim rationis initae quinque milliones excedere certo dicitur. In Inſula Batan 1300. Luſitanos, qui expellendi Regis eius Inſulae ergo venerant, interemerunt partim, partim fugarunt. Expectantur adhuc in ſingulos dies aliae aliquot eorum naves ex Moluccis. Haec rerum in noſtro orbe ſumma eſt. Vos quid agatis, quid non agatis, ſcire valde velim. Vale, mi doctiſſime, mi humaniſſime *Marcelle*. Viris nobiliſſimis & humaniſſimis *L. Alemanno*, *Iul. de Medici*, *Iacobo N. P. Strozzi* Dn. Conſuli, reliquiſque adeo omnibus *Philippo Giunti* S. P. D. Salve mi *Marcelle* & me ama. Ego te aeternum. Londini a. d. Kal. Sextil. MDIC. Stilo veteri [a].

*A R-*

[a] In quanta nominis exiſtimatione haberetur *Rich. Thomſon*, ex *Cauſabono*, *Ioſepho Scaligero*, *Dominico Baudio*, qui ei plures litteras ſcribunt, colligitur, vide de eo nonnulla in Elogiis viror. ill. Acad. Flor. ſub A. MDIIC.

## *ARGVMENTVM.*

*Amicum de variis rebus lepide adloquitur: ſeſe illi commendat quam maxime: quibus in ſtudiis ſit occupatus, exponit.*

## IVSTVS LIPSIVS CVRTIO PICHENAE [a] S. D.

IAm nunc litteras tuas accipio, & ecce reſponſum. Te ego differam, veterem illum meum, & ante viginti circiter annos, cum Viennae eſſes, amicum? Sic appello; & quamquam non dextra, aut ſermo, tamen ſcriptio, & litteraria iſta, ut ſic dicam, conteſſeratio nos iunxit, & fideliter iunxit, animi, ſtudiique non diſpares, & iudiciis ad optima conſentientes. Eo gratior iſta nunc appellatio, etſi ex intervallo: nec mirum; nam & locorum intervalla abiungunt. Vidiſſe te mea video improbato illi reſcripta, in quibus quod te honeſte nomino, affectui non dedi, ſed iudicio, quod in animi penetrali de te concepi, foveoque. Tuo merito ita debeo. Pauci bona amare, capere, aſſerere idonei: Tu inter illos naturae & induſtriae tuae beneficio cenſeris. De diſſenſu alibi a me, nihil eſt: abite mancipia. Liberi ſumus genere & ſenſibus: promere liceat cum lege modeſtiae, & ut invidentia aut acerbitas abſint. Ego vero nec imperitia quorundam offendor, ſi ſimplex ea ſit, nec de calumnia ſumit. At, mi *Curti*, amo te pectore, melioris pectoris virum: noſſe pro-



[a] *Curtius Pichena*, Politicus ſui aevi clariſſimus, cuius latinae in *Tacitum* Adnotationes pluries, pluribuſque in locis editae fuere, *Ferdinandi I.* a ſecretis fuit, ab eoque ad Europae Principes non paucos Legatus miſſus; a *Ferdinando* denique *II.* Florentinus Senator renunciatus. In Bibl. *Magliab.* ante MS. *Pauli Corteſii* opus de Hominibus doctis legitur, *Curtii Pichenae* = Diſceptatio de Hominibus doctis Geminianenſibus. Epiſtolae duae eiuſdem ad *Iuſt. Lipſium* extant in Collect. Epiſt. *Petri Burmanni* T. II. p. 138. 139.

Digitized by Google

ſius una tecum voveam: ſed voveam tantum. Nam etſi Italiam reviſere mihi votum, intra illud maneo, rei expers, & triſte fatum Belgicae meae adſtringit. Quid, quod uxorium etiam vinculum, ut de te ſcribis, iamdiu mihi eſt? Traho compedes, & longum, aut altum ſubnotare, iis quoque vetor. Edidi nuper Epiſtolas. Doluit (in occaſione & vere dico) quod ad te cum plures dederim, nullas haberem, exemplaribus in migrationibus meis furto, caſu, negligentia amiſſis. Sum nunc in *Seneca*, & Stoicis. Illum & haec dabimus illuſtrata, & ab oblivione vindicata. Nam Stoae quid praeter nomen fere notum eſt? Haec agimus, decore fortaſſe, in aevo graviore, graviora iſta & ſapientiae ſtudia tractantes. Valere te, & porro me amare, atque etiam affari, opto, mi *Curti*. Lovanii poſtridie Idus Septembr. ſtatim ut tuas legi. MDCIII.

Quae notaſti ad *Tacitum* etiam vidi. Illud de Othone, *praetor polluebat*, mire perplacet. Alia in ipſo *Tacito* conſideranda ſunt, neque nunc licet.

LIT-

Digitized by Google

# LITTERATISSIMO VIRO DOM. BAPTISTAE GVARINO TAMQVAM PATRI CHARISSIMO FERRARIAE.

## *ARGVMENTVM.*

*Amicum pro amiſſa uxore Bithynia faemina honeſtiſſima rationibus validiſſimis ſolatur.*

BArptolemaeus Fontius Baptiſtae Guarino ſuo Sal. Acerbo mihi interitu *Bithynae* tuae dulciſſimae coniugis nuntiato, graviter, ut debui, ſum commotus. Honeſtiſſimam enim & pudiciſſimam faeminam, ſuaviſſimis moribus & ſingulari modeſtia praeditam, immatura morte ſublatam, vehementer graviterque angebar. Vellem autem ſub ipſam potius mortis diem, quam nunc tam ſero eius obitum percepiſſe, ut in tempore amici optimi functus munere, aliquod tuo vulneri ſalutare remedium praeſtitiſſem. Veruntamen ne nunc quidem alienum fore putavi, aliquid ad te ſcribere, quod ſi non radicitus vellere, ſaltem minuere iſtum tibi dolorem poſſit. Nihil enim aeque aegritudini animorum, atque dulcis oratio confert. Ego vero (ut tu per litteras quoque petis) non te ſapientem Stoicorum legibus eſſe rogo, qui in chariſſimorum funere nihil omnino nos angi, nihil quoque dolere volunt. Non enim illis adſentior, qui ritu ferarum, viventes, nullis affectibus commoventur. Nam quis] eſt adeo expers humanitatis, qui ſi chariſſimam uxorem amitteret, matrem communium liberorum, quae rem omnem familiarem diligentiſſime conſervaret, & ſtudioſius augeret, in quam omnes domeſticas curas ſolicitudineſque deponeret, non vehementer turbaretur? Verum ut chariſſimorum interitu non triſtari, brutorum potius immaniumque ferarum, quam

pii & docti hominis eſt munus; ita quoque dolore nimio cruciari, mulierum potius, quam virorum. Bene autem inſtitutus animus neque dolore non commovetur, neque plus quam ſatis eſt, maerore triſtitiaque torquetur. Par eſt enim prudentiſſimum quemque virum neque ſe nimium ſecundis rebus efferre, neque in adverſis concidere, ſed bene praeparatum pectus ad utranque fortunam oſtendere. Conſiderare enim debet, quemadmodum pelagus nunc turgidum, nunc tranquillum, & caelum modo turbidum, poſt ſerenum conſpicimus; ſic quoque nos non poſſe pro mortalitatis conditione ſemper in eodem tenore perſiſtere, neminique naturae leges pervertere datum eſſe: quae quidem ſi ab initio nobis perpetuam pacem & ſecurum ocium promiſiſſet, in adverſis noſtris rebus pro repentino dolore, cuius eo ſemper acerbior eſt vis, quo magis inſperatus adciderit, non iniuria quereremur. Verum quando nobis ſolicitudines, damna, exilia, bella, clades & innumera mala bonis immixta praedixerit, cum quid adverſi contigerit, non debemus magnopere commoveri. Hanc ſi rerum humanarum conditionem, & duplicem bonorum malorumque urnam, quae Deus in terras iugiter pro arbitrio ſuo iacit, tecum ipſe tacitus reputabis, intelliges iam adhibendae medelae tuo vulneri tempus ultimum adventaſſe. Optima vero medicina doloris ratio eſt, quae nos ſuadet conſiderare debere, praeter illa, quae a me ſupra deſcripta ſunt, omnibus, qui terrae veſcuntur munere, ſive reges, ſive inopes fuerint, enavigandam Cocyti fluminis undam eſſe. Verum cum vitam a Deo mutuam, tamquam aes alienum a faeneratore, ſumpſerimus, repoſcenti illi, quandocunque voluerit, laeto animo eſt reddenda. Neque enim in morte quidquam eſt mali, cum ea cunctis incommodis optimum remedium ſola praeſtet, & humanae vitae

curas

Digitized by Google

curas ſolicitudineſque devitet. Nam ſi mors animi ſimul & corporis finis eſt, inſenſibilitas quaedam ipſam conſequitur, & requies ceſſatioque laborum: aut ſi non una cum corpore totus animus interit, ab anguſtiis corporis, quibus mens vanis impletur cogitationibus, liberati quietiorem vitam tranſigimus. Amore praeterea, ſpe, metu, cupiditate & diverſarum rerum affectibus ita ſemper exagitamur, atque a ſummi boni contemplatione abducimur, ut nihil vere poſſimus ſapere, donec in corpore permanemus. Pugnae vero, ſeditiones, diſcordiae unde nobis praeter quam a corpore oriuntur? Omnia enim fere bella aut aliis a nobis, aut nobis ab aliis propter opes & divitias inferuntur; quibus corporis tantum cauſa inhiantes, caetera omnia recta atque honeſta deſpicimus. Caeterum, ſi nihil mali in morte eſt, ſed contra plurimum boni; ſi mors non prece, non pretio, non vi, non arte diffugitur; ſi vita, quam mutuo cepimus, cum a Deo repoſcitur, aequo animo reddi debet; quid eſt cauſae, cur tantopere acerbiſſimo funere dilectiſſimae coniugis torqueare? An doles, quod corporis vinculis exſoluta ad lucem e tenebris, a labore ad requiem, a terrenis ad caeleſtia, piiſſima mulier commigravit? An vero te potius angit domeſticus dolor tuus, quod neceſſaria, dulcis coniux, tam inſperato tempore, tam a ſtudiis tuis, & liberorum, & rei familiaris negociis alieno, te ſolum in medio curarum fluctu reliquerit? Sed an, vir omnium litteratiſſime, ignorabas, cum uxorem ex ſententia delegiſti, & eam, & liberos, ſi quos pareret, teque ſimul & aegrotare & mori quotidie ſemper poſſe, cum nemini exploratum ſit vel in diem craſtinam ſe victurum? Quod ſi haec tibi, ut par erat, ante oculos proponebas, cur nunc tam vehementi dolore adficeris, caſibus iſtis multo ante



Digitized by Google

te meditatis? Age ergo te collige aliquando, & res humanas animo revolutans, conſidera non te ſolum, non primum, non ultimum his moleſtiis implicari; finem maerori luctuique impone, quem ſi poſtpaulo finiet ipſa dies, te talem ac tantum virum, tanta doctrina ac ſcientia praeditum, tempus ultimum dedecet expectare. Nam cum prorſus inſani ſit hominis in perpetuo luctu & ſqualore perſiſtere, profecto nos oportet & decet auxilio rationis tempus ultimum praevenire. Quod ſi lachrymis & maerore poſſent animae rurſus in corpora revocari, concederem ſane pro tuo arbitrio te lugere. Verum cum quis ſemel occiderit, & de ſe ſplendida Minos arbitria fecerit, non genere, non facundia, non pietate reſtituatur, non debemus, ut initio dixi, plus quam decet maerore triſtitiaque vexari: neque hoc ea tantummodo ratione, quod nihil luctu noſtro proficimus; ſed etiam quod, ſiquis inferis eſt ſenſus, illius animam, ſi te tanto dolore opprimi ſenſerit, dolituram in morte crediderim, cum te vivens plurimum delectarit. Praeſta hoc igitur illi mortuae; praeſta diſcipulis tuis, & cunctis latini nominis, qui doctrina & ingenio tuo egent; praeſta natis, amicis, cognatis, affinibus, qui una mecum tanto tuo dolore maerent. Quibus omnibus de tua plurimum ſalute ſolicitis rem gratiſſimam feceris, & doctrina tua digniſſimam, ſi rationi obtemperans, ab inanibus querelis deſiſtens, te ad priſtinam vivendi conſuetudinem revocaris. Vale.

Flor. XXV. Iulii MCCCCLXXII.

D. AN-

Digitized by Google

## D. ANSELMO CASIMIRO ARCHIEPISCOPO MOGVNTINO ELECTO SCRIPTA.

### *ARGVMENTVM.*

*Terentium Alciatum, autographa documenta ad Concilium Tridentinum pertinentia ſedulo inveſtigantem commendat.*

Illvstriss. et Reverendiss. Domine.

INter Societatis Ieſu Sacerdotes, ex qua multi fortiſſimique Chriſti Athletae ad propugandam Eccleſiam quotidie exiſtunt, P. *Terentius Alciatus* a nobis gravitate morum, vitae integritate, doctrinae copia, & iudicio in primis cenſetur: quapropter & ab omnibus habetur in pretio; & a nobis quoque plurimum diligitur. Huic S. D. N. provinciam, ut publice fructuoſam, ita privatim illi laborioſam demandavit; confutandi ſcilicet virulentiſſimi eius libri, qui Hiſtoriae Concilii Tridentini titulo paucos ante annos impiorum hominum opera in lucem prodiit, ut tenebras, atque offucias piorum animis offunderet: ad quas diſcutiendas non tam rationum momentis, & acumine argumentorum, quam autographorum copioſis teſtimoniis illi opus eſt: cuius generis complura in Tabulario, ſive Cancellaria veſtra dicuntur extare, quorum ſi ei copia fiat, multo inſtructiorem futurum ſe putat, atque ad hoc certamen parationem. Rogo igitur maiorem in modum pietatem Tuam, ut quaecunque illi, Rectorique Moguntini Collegii (qui operam ſuam huic rei commodabit) ex uſu eſſe videbuntur, deſcribendi poteſtatem facere ne gravetur. Quo beneficio non me tantum, atque horum Patrum Sanctiſſimum ordinem in perpetuum

Tibi

Digitized by Google

Tibi devinciet; ſed etiam ab Apoſtolica Sede, cuius dignitas atque exiſtimatio pernicioſo illo opere potiſſimum labefactatur, magnam gratiam inibit. Rem gratiſſimam etiam Omnipotenti Deo praeſtabit, quem Pietati Tuae propitium idcirco fore confido atque ardenter exopto.

Romae XXVI. Iulii MDCXXIX.

*Veſtri Studioſiſſimus*
Franc. Card. Barberini.

GA-

Digitized by Google

# GASPARI SCIOPPIO VIRO CLL.

## *ARGVMENTVM*

*Se apud Caeſareos miniſtros efficaciora praeſtitiſſe officia adſerit, & ut quem ſummo labore confecerat, Latinae linguae theſaurus ſub ipſius Caeſaris auſpiciis prodeat, etiam atque etiam petit.*

ILLVSTRISSIME DOMINE.

ET Tibi ſolemne eſt de augenda Re literaria adſidue cogitare, & mihi antiquum in primis hominum literatorum egregiam hanc curam omnibus ſubſidiis, cum ſeſe offert occaſio, impenſe fovere: Quin etiam magno abs Te honore me affici puto, cum in partem conſiliorum Tuorum vocas, quibus de emittendis in publicum bonum elaboratiſſimis operibus Tuis, providenter ſeduleque deliberas: ſimul enim me in poſſeſſionem veriſſimae laudis, manſuraeque gloriae (quod eſt pulcherrimum liberalitatis genus) non detrectantem, ſed ultro appetentem invitas. Scripſi igitur ad D. Nuntium, qui in aula Caeſaris, Pontificia negotia procurat, ut eam fere ſententiam, quam praeſcripſeras, ut de editione uberrimi illius linguae latinae theſauri [a] cum Caeſaris Miniſtris, cumque ipſo Caeſare ſerio tractet, eique oſtendat magnam non modo a ſtudioſis omnibus huius, atque inſequentium aetatum communiter, ſed etiam a nobis privatim gratiam initurum, ſi opus tam eximium, ac luculentum, Maieſtatis ſuae ope ac patro-

[a] Huiuſmodi immenſi laboris opus adhuc ineditum extat, cum aliis omnibus ipſius *Scioppi* MSS. operibus, in aedibus praeſtantiſſimi *Comitis Pierucci* Florentiae.

patrocinio ſubnixum publicam aliquando lucem, cupiente etiam S. D. N. adſpexerit. Cuius Te voti propediem compotem fore, praeſertim cum ipſemet Caeſar de commodis Tuis cogitet, ut ſcribis, non diffido, Deum interim orans, ut his ceteriſque deſideriis Tuis facilis ſemper ac benignus adſpiret. Vale.

Romae XX. Mai MDCXXIX.

*Veſtri Studioſus*
Franc. Card. Barberinus.

FRANC.

Digitized by Google

## FRANCISCO GVGLIELMO EPISCOPO OSNABVRGENSI.

### *ARGVMENTVM.*

*Lucam Holſtenium virum doctiſſimum, Praepoſitum Eccleſiae Amburgenſis nuper renunciatum commendat.*

ILLVSTRISSIME DOMINE.

IN familia mea eſt *Lucas Holſtenius* domo Hamburgenſis, quem ob egregiam ipſius doctrinae, ac probitatis laudem e Gallia evocatum & impenſe diligo, & meis officiis, ſi quando occaſio incidit, adiutum magnopere cupio. Huic nuper Sanctiſſimus D. N. Praepoſituram Eccleſiae Hamburgenſis haereticorum manibus ereptae addici voluit: quod Sereniſſimo Caeſari, cui merita huius iuvenis innotuere, uſque adeo probatum fuit, ut non modo Apoſtolico Nuntio, Patrique Confeſſario, aliiſque multis confirmaverit, magnae ſibi id voluptati fuiſſe; ſed inter eos, qui in bonorum Eccleſiaſticorum poſſeſſionem mittendi ſunt, nominatim illi auctoritate ſua caverit, atque eius rationem quam maxime haberi praeceperit. Rogo igitur pietatem tuam, cui reſtituendorum bonorum Eccleſiaſticorum per inferiorem Saxoniam delegatum fuiſſe munus audivi, ut quamquam ſua ſponte *Holſtenii* votis cumulate ſatisfactura eſt; tamen in meam ipſius gratiam cumulatius, & copioſius id praeſtet: quod tanto ſtudio, atque intentione pietati Tuae commendo, ut maiore non poſſim; operam daturus praeterea, ut S. D N. ac mihi rem longe gratiſſimam eveniſſe adpareat. Deum vero Optimum Max. inſtantiſſime precor, ut tibi laeta omnia, ac felicia ſemper eveniant.

Romae XXIII. Iunii MDCXXIX.

*Studioſiſſimus*
Franc. Card. Barberinus.

Digitized by Google

# EMINENTISSIMO ET REVERENDISSIMO D. D. CARD. FRANCISCO BARBERINO &c.

## *ARGUMENTUM.*

*De morte ac rebus geſtis Epiſcopi Stenonis Mathematici praeſtantiſſimi agitur.*

GASPAR ENGELBERTUS SCHMAL.

QUoniam placuit Altiſſimo, Reverendiſſimum D. Nicolaum Stenonem [a] Epiſcop. Titiopol. Vicarium Apoſtolicum in Septentrione, die 25. Novemb. Anno 1686. ad aeternam vitam evocare, aliqua Eminentiae Suae, Patrono ſingulari, de converſatione & indormitione eius ſancta communicare, officii mei eſſe cenſui. Quotidie magno zelo & devotione ſacrificium altaris peregit; Horas Canonicas flexis humi genibus ſemper oravit. Vultus eius, emaceratus ieiuniis, non niſi pietatem, & ſanctitatem ſpiravit. Verba ſancta, & omnia in finem ſanctum torquere ſcivit in converſatione; quot verba, tot monita edidit. Feriis ſecunda, quarta, ſexta, & Sabbato ſolum unicam refectionem, eamque in ſicco pane, & cereviſia veſpere fecit, quibuſcunque etiam moleſtiis occupatus. Cum magni momenti negotia expedienda, tribus continue diebus ieiunium ſervavit; cibos ſibi paratos mihi iuſſit occulte dare pauperibus. In viſitationibus forenſibus loca pedes viſitavit, etiam

ſeptem

[a] Danus iſte clariſſimus, ut inferius patebit, cum Italiam peragraret Florentiae in aula *Ferdinandi* Magni Etruriae Ducis diu ſubſtitit; & ad Catholicae Religionis veritatem a Nobiliſſima *Arnolfina*, cum qua pro tutanda ſua a Romana Eccleſia ſeceſſione diſputaverat, redactus eſt: tantaque deinde pietate claruit, ut Epiſcopus Titopolitanus, atque Apoſtolicus Vicarius in Septentrione renunciari meruerit. Factum bene; & aeternis commendandum literis, quod ab hodiernis hiſce faeminis neutiquam ſperandum eſſet.

Digitized by Google

ſeptem horarum iter pedes de die conficiens. Omnia ſua pauperibus diſtribuit, & cum nihil ultro ſupereſſet, pro egentibus baculum argenteum & annulum pretioſum vendidit, ut pro pauperibus haberet ſolatium. In locis Vicariatuum veſte ſimpliciſſima, ſine omni etiam famulo, loca omnia perluſtrans, Catholicos domatim viſitans; duo induſia ex linteo craſſiſſimo, unde ſaccos conficiunt, tria colliſtrophia, ſtrophiola ſeptem, haec tota eius ſubſtantia; pallium vile: nunquam in lecto dormiens, ſed humi pallio tectus, aut in ſedili quieſcens: quantum vero temporis ſomno dederit, haud ſcio. Haec autem memorata quinquennio oculis vidi, quibus indignus eius Sacellanus fui; quae uſque in finem vitae ſervavit. Quoad obitus modum: biennio cuidam infirmitati obnoxius, duplicaturae veſicae, quam per intervalla accepit, qua etiam Dominica poſtrema poſt Pentecoſten laborare coepit, ſacrum ſolenne, & concionem ad populum habuit; feria ſecunda notabiliorem ſenſit dolorem; neque tamen a ſacro, & Concione in Sacello Sereniſſimi Ducis de Mekelenburg ceſſavit: quo die natura panem nauſeavit, quem de veſpere ſolum eo die ſumpſit; nihilominus nocte ſuper pavimento cubavit. Feria tertia domo egredi non potuit prae infirmitate, & in meridie a domeſticis tribus nobilibus converſis in lecto eſt collocatus. Feria quarta corpus notabiliter coepit intumeſcere. Curavit quidem ſibi applicari quinque clyſteria, ſed caſſo effectu. Eo die varias adhuc litteras confecit, quibus, amicis valedicens cum mortem vicinam coniiciebat, teſtamentum propria manu exprimens: morte praeoccupatus ob loci diſtantiam Sacerdotem tam ſubito, licet a ſeipſo per litteras accerſitum, habere non potuit. In toto morbo patientiſſimus: haec eius oratio: Domine, non ut auferas dolores rogo, ſed ut augeas

patientiam: ſi bona de manu Domini accepimus, mala quid recuſamus? Inter caetera coram omnibus teſtatus eſt, ſe pro maximo beneficio Dei aeſtimare converſionem ad Romano-Catholicam Fidem. Carens Sacerdote, bis publicam fecit Confeſſionem hoc modo: Domine Deus meus, quia contingit me morti appropinquare, & Sacerdos, qui abſolutionem, & Sacramenta adminiſtret, non adeſt, confiteor coram te Deo meo, quod ſaepius ſacrum non cum debita devotione celebraverim, ſaepe horas negligenter oraverim, & tot indignis manus impoſuerim, qui altare Dei profanabunt, & ſcandalis Eccleſiam replebunt: Domine Ieſu, da mihi modo talem doloris actum, quem a moriente ſine Sacramentis ipſe requiris. Circumſtantes ultima nocte mire eſt conſolatus, dicens: Filii mei nolite flere, ſed eſtote fortes in Deo, & eius voluntati vos committite: modo tendo ad Deum meum, qui per ſuam magnam miſericordiam me vult eripere de hoc mundo; praevidet enim pericula ſalutis meae. Duabus ante mortem horis convocatus ibidem puſillus grex Catholicorum, quem ultimo admonuit de converſatione, & Chriſtiana Charitate, & pace, quoſdam in particulari acriter exhortatus, ſicque eis benedictionem ultimam multum plorantibus impertiit. Media hora ante mortem dixit: Filii mei, modo orate preces pro agonizante ab Eccleſia praeſcriptas: quibus finitis, ſemper ſibi praeſentiſſimus, adhuc ſereno vultu dixit, Ieſu ſis mihi Ieſus, & expiravit. Quem non ſolum Catholici, verum etiam Lutherani plurimi, amiſſum vehementer lugent. Ante mortem prohibuit, ne quiſquam praeter tres nobiles converſos, & ſacellanum, corpus eius tangere praeſumeret. Uti vivens ſtrictiſſime ſervavit Apoſtolicam paupertatem, ita poſt mortem modo pauperrimo ſepeliri iuſſit corpus ſuum. Tanta eius fuit

pau-

Digitized by Google

paupertas, ut decedens ne 50. dalerorum pretium reliquerit; libri namque eius ſunt Sacrae Congregationis de Propaganda Fide [a]. Reliquias Sanctorum, & veſtem quotidianam nigri coloris, Crucem ſimplicem pectoralem, & annulum dedit nobili Domino de Roſe ſibi adſiſtenti. Caetera, quae reſtant, ſunt Conciones, Meditationes, & Controverſiae, omnia manu ſcripta, in quibus vix ullus ordo reperiri poteſt. Paramenta ſua in Dioeceſi Monaſterienſi legavit Monaſterio cuidam, in quo nunc detinebantur. Corpus duodecimo poſt obitum die ſepoſuimus, (praemiſſis debitis abſolutionibus, & ritibus Eccleſiae Catholicae, quantum loci Catholici libertas indulſit) ad gratioſam ordinationem Sereniſſimi Magni Ducis Hetruriae, benefactoris magni, in Eccleſia Cathedrali Sverini in Meklenburg. Sumptus ſepulturae ad 150. daleros accepimus mutuos, (quia nullus obolus repertus eſt apud Reverendiſſimum Dominum p. m.) quos in Domino confidimus, Sereniſſimum Magnum Ducem, ad quem pridie mortis poſtremas literas deſtinavit, miſeri-

F cor-

a *Nic. Stenonis* opera Typis edita haec ſunt:

I. Elementorum Myologiae Specimen. Sive muſculorum deſcriptio Geometrica. Cui accedunt Canis Carchariae diſſectum caput, & diſſectus Piſcis ex Canum genere. Ad Sereniſs. *Ferd. II.* M. E. D. Florentiae MDCLXVI. in 4. & Amſt. MDCLXIX. in 8. cum fig.

II. Obſervationum Specimen de muſculis, & glandulis, cum duabus Epiſtolis anatomicis. Hafniae MDCLXIV. in 4. & Amſt. MDCLXIV. in 12.

III. De ſolido intra ſolidum naturaliter contento Diſſertationis Prodromus Flor. MDCLXIX. in 4. Lugd. Bat. MDCLXXIX. in 12.

IV. Diſſertatio de ſolido in ſolidum naturaliter contento: De Gloſſipetris, & aliis lapidibus, qui in terra generantur, vel alia quacumque re ſolida. Florentiae MDCLXVIII. in 4.

V. Diſſertatio de Cerebri anatome Lugd. Bat. MDCLXXI. in 12.

VI. Obſervationes anatomicae, de oris, oculorum, & narium vaſis. Lugd. Bat. MDCLXII. in 12., & ibidem recuſae A. MDCLXXX. cum hoc titulo: Obſervationes anatomicae, quibus varia oris, oculorum, & narium vaſa deſcribuntur, novique ſalicae lacrymarum, & muci fontes deteguntur, & novum Nobiliſs. *Bilſii* de Lymphae motu, & uſu commentum examinatur, & reiicitur.

Eius obſervationes exhibet *Thomas Bartholinus* in Actis Medicis, & Philoſoph. Hafnienſ. vol. I. & II.

*Nic. Stenô* Prodromus to a diſſertation concerning ſolids, naturally contained vvithin ſolids &c. Londini MDCLXXI. in 8.

Digitized by Google

cordi manu repenſurum. Mirabili venuſtate enituit vultus Defuncti p. m. Praelati, quod Lutherani, quotquot curioſe viſuri veniebant, uno ore teſtabantur, dicentes: Certo multo pulchrior eſt modo vultus eius, quam dum in vivis erat; Alii; Ille certo beatus eſt; certo eſt in Coelo: utinam & nos tam certo in Coelo eſſemus. Multi etiam flentes, & alta ſuſpiria trahentes eum ſunt contemplati. Hinc ſpero, quos vivus non convertit, his mortuus adhuc converſionis occaſionem dederit. Et profecto ipſa Sanctitas & pietas in Defuncti corpore reſplenduerunt oculis intuentium. Licet extremam ab eo benedictionem obtinere dignus non fuerim, poſtremam ipſi pietatem ad tumulum portando per Dei miſericordiam praeſtare non deſii [a]. Fui enim,

[a] Eius poſtea corpus *Coſmi III.* Magni Ducis pietate ac munificentia Florentiam translatum in Ecclesia Divi Laurentii honorifico in tumulo conditum fuit hac adpoſita Inſcriptione:

NICOLAI STENONIS
EPISCOPI TITOPOLITANI
VIRI DEO PLENI
QVICQVID MORTALE FVIT HIC SITVM EST
DANIA ILLVM GENVIT HETERODOXVM
HETRVRIA ORTHODOXVM
ROMA
VIRTVTE PROBATVM SACRIS INFVLIS INSIGNIVIT
SAXONIA INFERIOR
FORTEM EVANGELII ASSERTOREM AGNOVIT
DEMVM
DIVTVRNIS PRO CHRISTO LABORIBVS AERVMNISQ. CONFECTVM
SVERINVM DESIDERAVIT
ECCLESIA DEFLEVIT
FLORENTIA SIBI RESTITVI
SALTEM IN CINERIBVS VOLVIT
A. D. MDCLXXXVII.

Digitized by Google

nim, tempore obitus, Hamburgi apud perilluſtrem Dominum Reſidentem Kerkring Sereniſſimi Magni Ducis Hetruriae, in cuius Sacello domeſtico Sacra ad tempus adminiſtravi.

Hinc nos deſertae oviculae, ſine paſtore relictae, flexis genibus ad Emin. Suam venimus ſupplices, per Dei miſericordiam, & Salvatoris D. N. Ieſu Chriſti humillime precantes, ut pro paterna ſollicitudine & maxima dignitate, de qua immenſum gratulamur, animitus apud Sanctiſs. D. N. Papam agere non dedignetur, ut hi Vicariatus rurſum Paſtore provideantur. In quem finem a Deo Optimo Maximo Eminentiae Suae longam incolumitatem in Dei gloriam & Sanctae Eccleſiae incrementum, ipſa vero mihi Apoſtolicam Benedictionem impertire dignetur, quanta poſſum ſubmiſſione precor.

Hamburgi XXVIII. Ianuar. MDCLXXXVII.

## VIRO ILLVSTRI ANTONIO MAGLIABECKIO MAGNO ETRVRIAE DVCI A BIBLIOTHECA.

### *ARGVMENTVM.*

*Librorum munuſcula ei mittit, quidque novi in Germania prodierit, exponit.*

Ioannes Georgivs Graevivs S. P. D.

Spero cum litteras & faſciculum, in quem conieceram duas orationes a me habitas, quem perferendum ad te tradidi Nobili Scoto, tum alteras, quas commiſi Nobiliſſimo *Meinderſio*, & praeſtantiſſimo eius comiti *Wittenio*, ante hos duos treſve menſes ad vos contendentibus, recte curatas eſſe, teque ſoſpitem & incolumem inveniſſe. Nunc cum viam ad vos adfectet denuo, quem ante vidiſtis, vir ſingulari virtute ac doctrina *Wolfsenius*, qui Sereniſſimi Daniae Principis eſt Archiater, non potui eum ſine meis ad te dimittere. Eas iuſſi comitari Tullianos de Officiis libros, a me denuo recognitos, quos vellem habeas ob fidem mirifici mei in te ſtudii & amoris. Nullam diem exigo, quin de te cogitem, &, ſi fert occaſio, praedicem tua in rem litterariam merita, quae orbi terrarum ſunt teſtata. Habuiſſes etiam novam *Svetonii* mei editionem, niſi ſarcinas amici alieniſſimo tempore hoc iter ſuſcipientis, onerare tanti ponderis volumine religio fuiſſet. Habebis tamen, quam primum erit cui recte illum ſcriptorem dem. Novi de litterarum ſtudiis ex his terris, hac tempeſtate, qua ſpernitur orator bonus, horridus miles amatur, quid tibi narrem? Tot mortibus doctrina clarorum hominum, quae funeſtarunt annos duos, qui effluxerunt proxime, acceſſit in Gallia magni eruditorum patroni, & ſummi Maecenatis obitus Ducis Monſauſerii, cuius deſiderium nulla tempo-

ris

ris longinquitas mihi minuet. Quam pauci ſuperſunt, quos aut adoleſcens colui, aut aequales ſuſpexi, & amavi! Tanto ſaepius pro tua ſalute vota nuncupo, qui fere es inter vetuſtiſſimos amicos, quos mihi optimarum artium ſtudia adiunxerunt. Deus te diutiſſime ſervet. De Theſauro Antiquitatum Romanarum, quem hic adornamus, nuperius pluribus egi, & Indicem ſcriptorum, quos in illum congerem, tibi miſi. Nullus dubito, quin tu plures nobis incognitos indicare poſſis, quibus ille Theſaurus ditetur, & augeatur. Non eſt, ut a te petam, ut nobis eos ſignifices, cum nemo mortalium ad omne officium te promptior ſit, & paratior. Ex noviſſimis meis intellexiſti, puto, *Samuelis Bochardi* opera hic iunctim edi, quae auctario nonnullarum diſſertationum, & epiſtolarum ineditarum, quae varia doctrina ſunt refertae, ornabuntur. In hac urbe itidem ſub praelis ſudant *Samuelis Baſnagii* exercitationes Hiſtorico-Criticae in *Baronii* Annales, *Pagii* obolos, *Lightfotum* & alios, ut & *Callimachus*, cuius novam editionem concinnat meus filius, qui tibi ſalutem dicit officioſiſſimam & in tua gratia poni flagitat. Si quid ad iſtum ſcriptorem ex tuis forulis expoliendum contuleris, certiſſimum cognoſces meritorum tuorum praeconem. Ex Germania ſignificant duos Tomos adverſariorum *Caſparis Barthii* eſſe repertos, & in eorum manibus verſari, qui illos offerant edendos, ſi quis hanc operam iis navare velit. Sed ab Aſiatica hac mole abhorrent omnes: Singuli enim Tomi non ſcedunt pondere illi edito. Sed de *Roberti Titii* locis controverſis, de quibus olim mihi ſcripſiſti, tibi recipio, ſi ad nos pervenerint, fore ut brevi lucem adſpiciant. Vale decus meum, & me ama.

Traiecti Idibus Ianuarii MDCXCI. quem tibi ex ſententia volo decurrere.



Digitized by Google

Ex MS. Codice membr. Biblioth. Mediceo-Laurentianae Plut. XLVII. Num. XXI. Epiſtolas, quae ſequuntur, deſumpſimus.

## PHILIPPVS RHEDDITVS ANGELO POLITIANO S. P. D.

### *ARGVMENTVM.*

*Libellum ad Petrum Medicem de magnanimi Parentis ſui imitatione a ſe conſcriptum Politiani cenſurae ſubiicit.*

ILlud profecto Venuſini Poetae, quem tu modo in Florentino Gymnaſio magno ingenio, admirabilique facundia interpretatis, verum eſſe comperio: *Dum vitant ſtulti vitia, in contraria currunt.* Etenim dum ego ingrati animi vitium evitare conor, non parum ineptus fortaſſe reperior, qui ſim auſus ad *Petrum Medicem Politiani* diſcipulum, in ſui magnanimi Parentis imitationem, libellum conſcribere exhortatorium, quaſi generoſus illius animus non ſuapte natura, ac humanis, diviniſque praeceptionibus per ſe hactenus non ſat ſuperque imbutus, meis obtuſis inconcinniſque indigeat eloquentiae ſtimulis. Verum nuper neſcio quo mentis impulſu commotus laxiores currenti tradens habenas in huiuſmodi prorumpere nugas ſum coactus, ut vix *Alcides* ipſe ſua clava trucique vultu mihi ſilentium imperare potuiſſet, qui olim Reginas Cicadas nimium ſibi obſtrepentes ſilere iuſſiſſe fertur. Venia fortaſſis cenſebor & ipſe dignus, qui maluerim, quibuſdam etſi ineptioribus munuſculis, quam omnino vacuis, ut aiunt, manibus, meum adire *Medicem*, qui non clientuli ſui munuſcula, ſed affectum animi intueri conſuevit. Quo fit, ut interdum ſummo illi Deo pu-



Digitized by Google

ra ſanaque mente uno. quis oblato quadrante longe ſanctius & acceptius litet, quam ſi ſiniſtro animo, magna auri argentique pondera dicaret. Ego, qui ad Summum Paſtorem Chriſtiani gregis, ad Magnum Apuliae Regem, ad Inclytum Inſubrium Ducem, ad Senatum Populumque Florentinum verba ſaepius intrepidus feci, ad acrem tamen *Politiani* cenſuram meum pervenire libellum non aliter pertimeſco, quam ſi in Romano theatro ſtipem elephanto eſſem porrecturus. Getamne opuſculum a *Politiano* iri caſtigatum, quod vix ſpongia praeter ignem caſtigaret? Cogitaveram ad *Petrum Medicem* quemdam deſtinare Panegyricum; ſed me adulationis rubor quidam repreſſit. Inchoaveram Dydaſcalicon: hoc quoque opus abrupi, ut arrogantiae vitium devitarem. Proximum fuerat medium hoc dicendi genus exhortatorium eligere, quod tamen ad *Petrum*, *Politiani* diſcipulum, ſuperfluum fortaſſis iudicabitur. Verum cum tu, Politiſſime *Politiane*, quem Polyſtorem ſeculi noſtri merito appellare poſſumus, ſemel Magno *Laurentio* chyrographo tuo mea commendaveris ſcripta, haec te quoque qualiacumque probare neceſſum eſt. Dum enim mea defendis, iudicio de me tuo patrocinium paras. Vale.



Digitized by Google

# PHILIPPVS RHEDDITVS IACOBO SALVIATO S. P. D.

## *ARGVMENTVM.*

*Deſcriptionem Faeſulani praedioli exhibet.*

SI hæreditarius meus agellus, tuo magnificentiſſimo Faeſulano propinquus unius prandii ſumptum perferre valuiſſet, iam diu te, mi *Salviate*, benigno procul dubio ſuſcepiſſet hoſpitio; ſed Domus eſt plena araneorum, & omni genere frugum ager exutus. Idcirco cum non ignorem, te longe magis ingeniis amicorum, quam prandiis delectari; nunc tibi convivii loco exhibeo hanc ruſticellam epiſtolam, nuper a me inter marram, ſarculumque inepte conflatam. Nam in receſſu pari ſtudio me ipſum & agellum excolo: nec minus animum, quam corpus exerceo. Plus librorum in ſcrinio meo, quam frumenti in horreo reperies. Hanc vitam amaenam, hoc dulce ocium, omni quidem negocio pulchrius, mihi in receſſu delegi. Satius enim eſſe putavi ruri ocioſum eſſe, quam nihil agere. Meum igitur praediolum maluit tibi, mi *Salviate*, dotulas ſuas abſenti narrare, quam praeſentis tuae magnitudinis onus ſentire. Accipe igitur temperiem coeli, regionis ſitum, vicinitatem urbis, opportunitatem viae, mediocritatem villae, modum ruris. Etenim ſcholaſtico viro, uti me ipſum profiteor, ſufficit abunde tantum habere ſoli, ut in eo levare caput, figere oculos, ſpatiari per unam terrae ſemitam, omneſque viticulas ſuas noſſe, ac dinumerare arbuſculas poſſit. Aeſtatis mira clementia; ſemper aer ſpiritu aliquo movetur; frequentius tamen auras, quam ventos habet. Hinc ſenes multos videas, avos, proavoſque, nec denique unquam Faeſulana regio

regio aere pigro ingraveſcit. Magnam capies voluptatem, ſi hunc regionis ſitum ex monte proſpexeris, quocumque inciderint oculi, reficiuntur; colles ornantur varietate gratiſſima; nunc continua, nunc intermiſſa tecta villarum, quae praeſtant multarum urbium faciem. Inde cum monte ipſo uberrima vineta, ac oliveta deſcendunt. Villa radicibus collis adiacet in Via Militari, quae Flaminiam verſus recta ducit ad primum ab urbe lapidem. Suſpicit totum vitiferum pomiferumque ſuum praediolum, & ita ſuſpicit, ut quaſi ex radicibus ita leviter & ſenſim clivo fallente conſurgat; ut cum aſcendere te non putes, ſentias aſcendiſſe. Nuſquam vinum pretioſius; ſegetes nuſquam uberiores, ut merito *Bacchus* cum ipſa *Cerere* ibidem certare dicatur. Ficus, & uvae biferae, ac triferae, & omni tempore pullulant. Mala punica, cydonia, citrea equidem optimi ſaporis affatim ſuggerit, olera producit ſapidiſſima, quae *Philippo* tuo interdum pro macello ſuccurrunt. Nec villa ipſa aquae inopia premitur, utpote quae perenni puteo & Munione flumine largiſſime irrigetur. Secretum habet viridarium omni pomorum genere refertum, aethereis hinc inde circumumbrantibus cupreſſis. Compluvium aedes vallant ſatis ambitioſum, duabus valvis appoſitis, quarum altera per vitiferum & rectum tramitem totum praediolum proſpicit in collem; altera Viae Militari eminens e conſpectu Faeſulas ſpeculatur. Villa haec ad quatuor caeli plagas vergens, oſtiorum, feneſtrarumque pro laterum magnitudine adeo ſimetriam tenet, ut ad incolentis arbitrium pro tempore Sole & umbra frui poſſit. Tota pene fornicata & teſtudinea eſt, ut in prima contignatione abſque humiditatis timore cubicula ſomnos praebeant ſalubres. Coenationes duas & amplas habet, cubicula octo, columbarium unum. In ſecunda contignatione cellula

quae-

Digitized by Google

quaedam ſeorſum ab omni ſtrepitu Viae Militaris ipſis ſtudiis & lucubrationibus dicata reconditur. Habes, mi *Salviate*, praedioli mei Faeſulani ſterilitatem, Villae ſtructuram ſatis ineptam, & Epiſtolam meam ipſo praediolo ineptiorem. Verumtamen in dies haec omnia, uti confido, tuo, tuorumque *Medicum* praeſidio perpolientur, & eo propenſiori ſtudio, quo *Medicibus*, & *Salviatis* meis viciniora ſunt. Ego ſaepius in Faeſulanum ſecederem, niſi deſidis voluptuoſique nomen formidarem. Iuvenis enim urbanis adſtrictus negociis, ac publico addictus muneri, abſque gravi nota cenſoria, ocio ſe dedere non poteſt, niſi prius dignitatem nomini ſuo, & aetati ingraveſcenti honeſtum viaticum comparaverit. Ruſticabor igitur interdum refocillandi animi gratia, & ſubinde revertar ad noſtros ſtrepitus urbanos, ſimul ne in me invehantur maligni reprehenſores, ac etiam ne voluptates continua ſatietate langueſcant. Vale.

MA-

Digitized by Google

## MAGNO LAVRENTIO MEDICI. PHILIPPVS RHEDDITVS S. P. D.

### *ARGVMENTVM.*

*Eius in retinendo ſcribae munere favorem petit.*

MAgne *Laurenti*, tempus inſtat, turma competitorum urget, deprecatores pro aliis ambiunt multi, *Rhedditus* tuus inermis non niſi *Laurentii* & *Claricis* umbone defenditur; quibus tantum confidit, ut numquam deſperet, quod ſemel ſperavit. Notum eſt tibi deſiderium meum, nota neceſſitas. Hactenus in hoc procelloſo, verticoſoque Italiae Eurypo, inter ſpem, metumque vitam traxi. Fac tandem, *Laurenti*, moriar in portu. Creſcet, mihi crede, fides mea cum munere tuo. Humana enim fides ſine ſpe remunerationis intepeſcit. Vale.



Digitized by Google

## MAGNO LAVRENTIO MEDICI. PHILIPPVS RHEDDITVS S. P. D.

### ARGVMENTVM.

*Haec & proxime ſequens Epiſtola eiuſdem ac ſuperior, exempli eſt.*

SCribere ad te nunc, Magnanime *Laurenti*, ſuadet amor, ſed revocat pudor, charitas hortatur, impellit neceſſitas. Sunt mihi, ſi recte rationem ſubduxi, germani fratres quinque, ſorores quatuor, nepotes, nepteſque octo ſupra triginta, omnes ſub mea, mihi per te afflante, fortuna vitam degentes, qui non meo, ſed liberali tuo pane paſcuntur: quidquid enim peculii aut viatici poſſidemus, ex tua paene divina munificentia prodiit. Quadriennius iam praeteriit, quo mihi per te collegio ſcribarum munus fuit delegatum, idem nunc mirum in modum cupio hiſce proximis comitiis per liberalitatem tuam mihi prorogatum ire, ut fratres, affineſque omnes mei, qui tui ſunt, tuo hoc beneficio ſubſtentari valeant, ſimul ne temere repulſam pati videamur; longe enim deformius eſſe duxi amittere, quam non aſſequi dignitatem. Ad haec nec facile retinetur, quod a pluribus deſideratur. Quod ſi me iacere permitteres, (cuius omen a me longe procul Deus avertat), una cum fratribus ceteriſque meis omnibus diſiecta cymba deflendum, miſerandumque pateremur naufragium. Quamobrem per eam fidem, qua te filioſque tuos colo, atque obſervo, perque eos ingenii mei igniculos, ſi quos mihi natura tribuit, quos tibi ſemel dicavi, Te, Magnanime *Laurenti*, ſupplex oro, obſecroque, ut naviculae meae inter fluctus, procellaſque praedonum verſantis temonem firmiter teneas. Solo enim tuo nutu e tot turbini-

Digitized by Google

binibus, voraginibuſque emerſi in ſalutis portum advolabimus. A quonam ego Peritiore nauclero opem mihi ſalutarem poteram implorare, quam ab eo, qui vaſtiſſimae Italicae navis inſtabilem alioquin clavum tenere, eiuſque gubernacula ad omnium ventorum aflatum ſurſum, ac deorum flectere, ſummaque arte librare potuit? Cuius quidem navis in continenti iam fixum clavum teneremus, ac in ſolidis ſtaremus anchoris; ſi tibi id agere per piratas invidoſque vectores licuiſſet; qui, neſcio quo fato, tuo paene divino obtrectarunt conſilio. Vale.

MA-

# MAGNO LAVRENTIO MEDICI.

## PHILIPPVS RHEDDITVS S. P. D.

MAgnifico *Lorenzo*, io ſeguiterò quel Proverbio volgare Romaneſco, che dice che *chi può gire allo Tebero, non vaya alle Peſcolle*. Il perchè avendo di biſogno la mia preſente malattia d' una pura, e chiara acqua; laſcerò la torbida delle Peſcolle, come ſempre io & li miei ſino a quì hanno fatto; che quando hanno voluto cavarſi la ſete, ſono ricorſi al tuo liberale, & vivido fonte; nè mai ſi ſono partiti ſitibondi da quello. Vterer tecum in meo praeſenti voto brevitate ſermonis; cuius tu mirus es artifex, niſi me prolixum faceret mei magnitudo negocii. Agitur nunc de nova reformatione veſtri ſcribarum Collegii, hoc eſt, de exiſtimatione, fortunis ac vita mea, meorumque; quae omnia ex te unico, *Laurenti*, pendent. Tuum eſt nunc ſemel conceſſum munus auferre, tuum etiam conſervare. Numquid opus per te inchoatum, imperfectum relinques, aut ſervulum tuum abs te ad alios reiicies? Quid enim ab Miniſtris ſperare potero, ſi a Patrono relinquor? Malo mihi a *Laurentio* dari obolum, quam a quoque alio Atticum talentum. Creſcet fides, mihi crede, ac diligentia mea cum munere tuo. Nimis fortaſſis puſillanimus ſum, qui trepidem, ubi non ſubeſt timoris cauſa. Verum paullulum me vexat caterva' competitorum. Inſurrexit enim nuper varium ac multuplex genus Tabellionum municipumque, quorum non vulgares ſunt promotores, fautoreſque, Praeterea, etſi mea pertenuis ſit fortuna, non tamen caret obtrectatoribus. Etenim per difficile habetur, multa quis agat, omnibus placeat. Ego die, noctuque pedes, vel eques ad publica, privataque veſtra munia ſubeun-

beunda ſum, ſemperque ero adcinctus. Sin inutilis penitus tibi manceps videor, iacebo quoad volueris. Malo enim mihi eſſe oneri, quam tibi patriaeque meae. Hoc unum, *Laurenti*, in omni fortuna rerum tuarum tibi tuo iure potes comulatiſſime polliceri, *Philippum Rhedditum* eiuſque alios quinque germanos fratres erga te, filioſque tuos fidiſſimos fore. Scripſi Commentariolos quoſdam de rebus abſte hactenus geſtis, deque Magiſtratibus populi Florentini; eo tamen conſilio, ut non prius edantur in lucem, quam ab tuo candidiſſimo probentur iudicio. Vale.



Digitized by Google

## MAGNO LAVRENTIO MEDICI. PHILIPPVS RHEDDITVS S. P. D.

*ARGVMENTVM.*

*Gratias de collato ſibi beneficio agit.*

AGo tibi gratias, *Laurenti*, pro tuo in me divino munere conlato, &, ſi poſſem, etiam referrem. Sed nec tua fortuna deſiderat remunerandi vicem, nec mea mihi facultatem ſuggerit. Privatorum iſta copia ſit, inter ſe eſſe munificos. Beneficium hoc tuum ut auctoritate praecellit, ita mutuum non repoſcit. Vale.

BRAC-

Digitized by Google

## BRACCIO MARTELLO.
## Philippvs Rheddityvs S. P. D.

### *ARGVMENTVM.*

*Commentaria quaedam ſua illi dono mittit.*

Piaculum mihi videor commiſiſſe, qui ad hanc uſque diem amicitiam tuam, *Bracci Martelle*, arctiori inire vinculo diſtulerim; praeſertim cum intellexerim te litteris ac litteratis plurimum delectari. Verum plus ego iacturae tecum feci meo diuturno ſilentio, quam tu lucri feciſſes ex mea conſuetudine rudi. Ego quidem patriae meae optimatum benivolentiam mihi conciliare ſemper ſtudui; non ignarus Principibus placuiſſe viris, non infimam eſſe laudem; hinc enim nobis in ſecundis rebus fautores naſcuntur, hinc in adverſis acerrimi defenſores inſurgunt. Etenim ea mortalium eſt conditio, ut homo abſque alterius hominis ope vix ſtare poſſit. Sed quo praecipue muneris genere nunc Te, *Martelle*, proſequar? Adibo ne te auro, aut argento, aut quibuſdam praetioſis gemmis? Nequaquam prorſus. Iſta enim nec ex mea tenui officina poſſunt requiri, nec ab tuo liberali beneque inſtituto animo expeterentur. Te igitur adoriar ingenio, omni quidem gemma nobiliori; non enim auro, nec lapillis immortalitatem aſſequimur: ingenio colimur, obſervamur, atque ſempiterno vivimus aevo. Accipe igitur generoſe *Martelle*, veluti primitias ingenioli mei apud te, commentariolos quoſdam nuper a me editos. Eos ſi ab tuo purgatiſſimo iudicio non omnino improbari ſenſero, quas de cetero lucubratiunculas cuſero, tibi tua incude, gravique malleo perpoliendas mandavero. Vale.



Digitized by Google

## BERNARDO ORICELLARIO.
## PHILIPPVS RHEDDITVS S. P. D.

### *ARGVMENTVM.*

*Quibus rebus adductus Populi Flor. geſta intexenda ſuſceperit, breviter exponit: aliaque non pauca Bernardo Opuſcula dono miſſurum pollicetur.*

IAm ſatis ſuperque tibi compertum eſſe non ambigo, mi *Oricellari*, nullum opus ab humano ingenio excudi poſſe praeclarum, niſi aut gloriae cupiditate, aut propriae utilitatis impulſu moveatur: horum ſpe e medio ſublata, ſtatim noſtrum vel iacet, vel intepeſcit ingenium; quamvis ipſum bonum ac virtus per ſe expeti debeat. Quamobrem tua me nuper excitavit humanitas ad cudendum ſemper aliquid, quod mihi poſteriſque meis honori emolumentoque cedere poſſit. Animadverti enim haud omnino tibi ingrata fuiſſe ſcripta mea. Proinde ſcias, me iam caepiſſe geſta temporum noſtrorum intexere, hoc eſt, acta Populi Florentini ab initio Volaterrani belli uſque ad praeſentis temporis curriculum: fortaſſe opus ſupra vires noſtras audacter tentatum: verum, ut noſti, uti intendit, valet ingenium. Provocor iudicio de me tuo; invitor illa Vmbri *Propertii* Sententia:

*Quod ſi deficiant vires, audacia certe*
*Laus erit; in magnis & voluiſſe ſat eſt.*

Impellor dierum noſtrorum brevitate, quae mors eſt, niſi ab ingenio redimatur; nec prorſus ſum expers agnitionis rerum noſtrarum, noſtrorumque temporum, quibus aut ipſe interfui, aut ea ab aliis conſtanti fide percepi. Quae omnia facilitatem ſu-

Digitized by Google

ſuſcepti operis mihi ſcribenti ſuggerunt. Nec faetum, ut elephanti, intra viſcera ad annos plures continebo. Librum, cui nomen *Volaterranus* indidi, prope diem edam in lucem. Cur enim facilitatem ingenii libero naturae munere mihi elargitam retardari patiar, cum ipſa tarditas omni in re iure poſſit improbari? Commentariolos inſuper quoſdam edidi, nondum tamen extremam illis impoſui manum. De genere priſcarum Veſtium; De priſcis nummis; De propriis nominum epythetis, De litterarum uſu, earumque inventoribus. Cum primum abſoluti caſtigatique erunt, illis non defraudaberis, reſarciamque tanti temporis uſuram, quo tibi incognitum tui *Philippi* fuit ingenium. Te enim mihi per omnia meae fortunae ſecundum ab *Laurentio* provectorem conſtitui, a quibus ingenium, ſalus, ac vita mea pendet. Nam niſi mihi per vos proſpere afflaret fortuna, iam mentis ingeniique mei conceptus penitus extinguerentur, ac ſubitus quidam eorum fieret abortus. Vale.



Digitized by Google

# BERNARDO ORICELLARIO PHILIPPVS RHEDDITVS S. P. D.

## *ARGVMENTVM.*

*Obtrectatores ſuos, ni taceant, ſe male habiturum minatur.*

VAlde me nuper pupugit vox illa inhumana obtrectatorum meorum, qui ſcripta mea ad te, *Petrumque Medicem* ex alieno ingenio compoſuiſſe inſimulant. O improborum hominum ingenia contumacia! qui cum nec ipſi quidquam homine dignum in lucem edant, aliena maligne carpunt. Quod ſi os ſuum impuſum deinceps non compriment, mihique ſtomachum moverint, triduo me non vulgarem Rhetoram profitebor, ac quodam inſueto floridiore calamo, veluti nivibus hibernis reſperſo, eos obruam. Dabis tu mihi veniam, *Oricellari*, ſi tibi homini vehementer in Republica occupato nimis fortaſſis meis litterulis obſtrepo. Cogor enim invitus meam invertere naturam, quae me ad omnia alia magis, quam ad oſtentationem genuit. Siquidem contentus perexiguis animi mei bonis diuturnum tenui ſilentium, mihi, Muſiſque vivens. Verum cum hac tempeſtate, quod tamen minus probaverim, nobis ſatis non ſit, virtutis habitum poſſidere, niſi eundem oſtentemus aliis, quorum maxime opera indigemus, operae mihi pretium eſſe duxi vim omnem ingenii mei Tibi, *Laurentioque Medici* dicare, cuius ingenii ſenſiculis vos plurimum delectari certo ſcio. Solo enim ingenio perpetuo vivimus; cetera, ut noſti, ſunt obnoxia morti: quod tu quoque poſteros cogitans, memorabilem illam *Piſanam Hiſtoriam*, ut audio, docte ſciteque perſcripſiſti; quae te, ut auguror, reddet immortalem. Vale.

Lit-

Digitized by Google

Litteras haſce ex MS. Cod. Bibliothecae Vaticanae Num. 5237. deſumptas hic inſerere gratum rei Antiquariae ſtudioſis me facturum putavi. Sunt autem, quae ſequuntur.

## IOANNES ANTONIVS PALEA IACOBO ANTONIO FERRARIO IVRECONSVLTO S. P. D.

### *ARGVMENTVM.*

*Quod Ant. Galatei librum e tenebris vindicaverit ſummopere laudat, atque, ut idem de reliquis eiuſdem operibus faciat, hortatur.*

GRatiſſimae mihi fuerunt litterae tuae, quas Neapoli ad me proxime dediſti, & quod tuae, hoc eſt, amiciſſimi hominis eſſent; & quod *Antonii Galatei* de ſitu Iapygiae librum tua propediem cura imprimendum ſignificarent. Enimvero, mi *Ferrari*, ſi magnificis eos verbis extollimus, qui egregii architecti nutantia quaevis aedificia ab occaſu tuentur, quid de te dicendum, qui *Galatei* propinqui tui praeclaros ingenii faetus, & pulcherrimas lucubrationes e tenebris in lucem revocaſti? Filiorum quippe ſocordia (nequid in illos dicam gravius) doctiſſimae illius Epiſtolae, elegantiſſima Carmina (ut Geographicas tabulas, Eucraſium, Mauſoleum *Alfonſi* Regis, & alia interim taceam) omnino periiſſent omnia, niſi tu tantae iacturae tua ſubcurriſſes diligentia. Subcurriſti ſemel, *Ferrari*, ſubcurre tuo iterum *Galateo*; nec ultra patiaris perpaucorum commodo deſervire, quae multis uſui eſſe deberent. Bona enim quo communiora, eo praeſtantiora, ac diviniora cenſentur. Equidem *Galatei* nomen iampridem audieram, ſcriptum tamen illius, quod in primis optabam, nondum legeram. Tu vero (quae tua

eſt humanitas) ejus librum de ſitu Iapygiae ab eodem auctore recognitum, auctum, & exornatum ut legere poſſem, effeciſti. Idipſum autem, quod de libello te iſto facturum ſignificas (ſcis namque ſuam quoque fortunam rem litterariam habere) de aliis eiuſdem doctiſſimi viri monumentis, ut efficias, fidei tuae gravitas, & in *Galateum* & Salentinam regionem charitas efflagitat. Magna ſane tua Graecia antiquiſſimis temporibus magnos in omni ſcientiarum genere viros tulit, *Archytam*, *Ariſtoxenum*, *Heraclidem*, *Apollodorum*; deinde *Praxitelem*, *Pacuccium*, *Ennium*, & ceteros, tum Graecos, tum Latinos. Patrum vero, aut avorum memoria *Robertus Lupienſis*, *M. Antonius Zimara*, *Galateus* noſter veſtram Graeciam, & reliquam Italiam inluſtrarunt. Florent aetate etiam noſtra ex veſtris hominibus *Nicolaus Maioranus* Epiſcopus Melfectenſis, *Mathaeus Soletanus*, *Theophilus Zimara*, *Q. Marius Corradus*, ut alios, teque ipſum taceam, qui ſicut in iuris prudentia excellis, ita in hiſtoria ſcribenda clariſſimus haberis. Neque illos imitaris, qui magnae ſibi gloriae ducunt, *longo*, ut *Iuvenalis* ait,

> *Ordine cenſeri, pictoſque oſtendere vultus*
> *Maiorum.*

Tu enim avitae nobilitati tuae lumen potius praebere, quam ab ea adcipere ſumma vi contendis, atque eniteris. Verum, cum de morum ſuavitate, de vitae integritate, aliiſque virtutibus, quibus a pueritia animum imbuiſti, non ſit hic dicendi locus, ad *Galateum* revertar: qui quidem ſemper laudandus vir e Graecia oriundus, in Italia natus atque educatus, & utraque lingua adprime eruditus, *Strabonem* prae caeteris, niſi mea me fallit opinio, in hoc libello imitatus eſſe videtur. Quemadmo-

admo-

Digitized by Google

admodum enim ille, praeter egregiam terrae totius deſcriptionem, multas fabulas atque hiſtorias paſſim admiſcet; ita hic res multas, & eas ſcitu digniſſimas modo hic, modo illic pro locorum opportunitate inſerit; & cum ita res ſe habeat, ut ſatis ad fidem oppida ſint illa deſcripta, non deſunt tamen, qui in Lupiarum, & Rudiarum ſitu *Galateo* refragentur; qui, ſi eius chorographiam adcuratius legiſſent, haud dubium, quin pedibus in illius ſententiam iviſſent. Nunc ſi eos laudamus, qui unam, aut alteram diſciplinam callent, hunc profecto Poetam, Oratorem, Aſtrologum, Philoſophum, Medicum optimum in Coelum laudibus efferemus. Quamobrem nil mirum, ſi *Alphonſus II.* & *II.* item *Ferdinandus*, & *Federicus*, Neapolitanorum Reges, eum ſibi Aulicum Medicum adſciverunt, ſummiſque honoribus, & muneribus auxerunt. Quantum etiam ab *Hermolao Barbaro*, *Theodoro Gaza*, *Ambroſio Leone*, *Ioviano Pontano*, *Petro Graccina*, aliiſque ſui temporis diſertiſſimis viris eius iudicio, atque doctrinae tributum ſit, nemo eſt, qui ignoret. Sed ad Iapygiam redeo, de qua cum multa dici poſſent, unum hoc ſilentio non praeteribo, eam ſic numeris omnibus abſolutam eſſe, ut non iniuria *Paulus Iovius* cum antiquis illam deſcriptionibus comparare non dubitaverit. Epiſtolam ad Palatinum, quam paucis abhinc menſibus ad me dediſti, dicere auſim in prima operis factura ab auctore lucubratam fuiſſe. Erit itaque operae pretium, ut in calce libri, ſi ita tibi viſum fuerit, illam cures imprimendam. Nam ſubobſcuris aliquot Iapygiae locis quantum ea ſit luminis adlatura, nemo te melius novit. Vale.

## MARIVS CORRADVS ALDO MANVTIO PAVLI F. S. P. D.

### *ARGVMENTVM.*

*Se, quotquot Inſcriptiones reperire potuerit, miſiſſe teſtatur, ac nonnullarum urbium Neapolitani Regni deſertam faciem deſcribit.*

ACtum eſt a me de Inſcriptionibus, mandatoque tuo, quam potui, diligenter; libentiſſime enim id ſuſcepi, in quo ſervirem commodis, ac voluntati tuae. Doleo tamen fuiſſe nihil, ubi valde laborarem: etenim ipſa res erat eiuſmodi, quae adiuvari minime poſſet ſedulitate, atque opera cuiuſque. Quae itaque mihi ante erant in promptu, vel a familiaribus miſſa, vel a me inveſtigata, omnia cum his ad te miſi litteris. His enim in locis, & hanc ſtudii partem curat nemo, & pro tanta urbium vetuſtate, plurimarum pauciſſima ſunt veſtigia antiquitatis. Nam quis ita crederet, Hydrunte, Gallipoli, Soleti, Manduriae, Tarenti, Egnatiae, Rudiis, Metaponti nullam omnino eiuſmodi literam hactenus eſſe viſam? Aliquid a nobis, aut per nos inventum Brunduſii, parum Lupiis, nonnihil Vriae. Hic lapides fracti, ac paene contriti omnes, aut ruinis obruti. Itaque illud mirum, aliis de Salentinorum urbibus, quae tantum ſemel ſunt everſae, faciem antiquitatis omnem prorſus eſſe deletam. Manduria enim, ut a *Q. Fabio Maximo*, aut ab aliis diruta eſt, ſaltem ipſo in ruinarum pulvere ad proximos uſque trecentos annos quievit. Reliquae vero tres numquam amplius reſtitutae, neque ex iis aliquid ad vicina loca, urbes, aut villas tranſlatum eſt. Nihil enim eſt uſquam, quod reportatum Egnatia, aut Rudiis, aut Metaponto, queas iudi-

Digitized by Google

iudicare. Apud nos autem plurimae ſunt, & quidem graves cauſae, cur non antiquitas modo, verum ipſius etiam fundamenta, nomenque urbis omnino ſit exſtinctum. Non enim, ut caeterarum, ſic noſtrae quoque urbis una tantum everſio fuit. Namque, ut peiora multa, & vetuſtiora non dicam, intra hos ducentos annos, poſt longas obſidiones, & vaſtationes agrorum, poſt caedes, & abductos in ſervitutem homines, aut proſcriptos cives, ſepties eſt vel diruta, vel incenſa, ut mirandum ſit ex tantis ruinis adhuc exſtare aliquid, unde hic aliquo tempore habitatum eſſe ab hominibus poſſit quiſquam ſuſpicari. Vtcumque tamen haec, videro poſthac, ſiquid erit aliud, quo tibi ſatisfaciam. Nunc de peregrina Inſcriptione, quae poſtrema fuit omnium, cupio ſcire, quid homines docti ſentiant, atque in primis quid videatur patri tuo. Illud ſcio pro ſententia *Galatei*, *Pontani*, *Aetii*, & *Hermolai* de vetere lingua Meſſapiorum, neminem dubitare, tres hominum aetates ante bellum Troianum conditam eſſe Vriam a Cretenſibus, qui deinde mutato nomine Iapyges Meſſapii dici maluerunt. Tibi enim, qui opera, ac diligentia patris tui in Muſarum caetu, atque ſinu a prima infantia educatus fuiſti, ἡροδοτόυ πολυμνίᾳ cecinit ſaepius Καὶ μεταβαλέντες ἀντὶ μὲν κρητῶν ἰήπυγας μεσσαπίους γενέσθαι. Hinc deductae coloniae, hinc urbes aliae, vel habitatae, vel conditae, illud linguae genus late diffuſum, uſque ad linguae Doricae initia conſervarunt, nomen quidem certe regioni ſuum reliquerunt. Tantas vero fuiſſe quondam res noſtras διηγεῖσθαι, pergit Muſa ἀπὸ δὲ ὑρίης πόλιος τὰς ἄλλας οἰκῆσαι. Verum & noſti tu reliqua, & ego doctorum hominum, quos dixi, ſententiam, & Meſſapiorum linguam, & inſcriptionem, ac literas, quas ad te miſi, ab iis, quae ſunt coniunctiſſima, urbis noſtrae praeſenti calamitate, & dolore, & anti-

anti-

antiquiſſima gloria ac rebus geſtis, ſeparare non potui. Tu velim a me liberius petas quidquid praeſtare ſummus amor poſſit. Nunc enim, etſi verecundia etiam petitionis tuae mihi fuit ſuaviſſima, tamen vereor, ne pudore tuo fiat interdum, quo tacitus deſideres genus aliquod officii mei. De his literis, quum erunt adlatae, velim a te ſtatim fieri certior. Vale.

Vriae prid. Kal. Sext. MDLXII.

MA-

Digitized by Google

# MARIVS CORRADVS.
## ALDO MANVTIO S. P. D.

### *ARGVMENTVM.*

*Quaedam illi monumenta Meſſapiorum, ut arbitratur, mittit: tum ab eo petit, num uſquam Quintiliani cuiuſdam Senioris Declamationes CXXXVI. viderit.*

NImis diu iam tuas deſidero literas: nullas enim a te ſcito mihi eſſe redditas, poſtquam a vobis rediit meus frater. Non tam valde mirarer, niſi poſtea ſaepius ad te ſcripſiſſem. Quae mihi mandaſti, curavi ſtatim. Quaero adhuc, ſi quid praeterea poſſim invenire. Mirum tamen, ex urbibus antiquiſſimis quam ſint veſtigia omnia antiquitatis amiſſa. Arbitror non deeſſe tibi, quibus idem Neapoli, Puteolis, aut Caietae negotium dare poſſis. Salentinos quidem perinde habebis, atque ſi ipſe perluſtraveris. Reliqua etiam in Apulia videor mihi poſſe adfirmare, vix fore amplius, quod tibi putem eſſe placiturum. Videro tamen, & ad te ſcribam. Denique ſalva republica ſcriptum aliquid ſcias tam poſſe inveniri, quam ante Reges Albanorum. Quaedam ad te miſi peregrina, quae niſi plurimi ac doctiſſimi homines errant, niſi pater tuus ab illis diſſentit, ſcripta a Meſſapiis fortaſſe etiam ante bellum Troianum fuerunt [a]. Meſſapios cum dico, niſi *Herodoto* nolumus credere, meos ὑριέας cives antiquiſſimos me dicere putabis. Eodem eſt literarum genere lapis, ad ſextum milliare ab Egnatia, ſed

[a] Hanc eandem Epiſtolam bis ſcriptam reperio: In altero exemplari alia haec leguntur verba = A quibus urbs noſtra imperii ſedes condita, & Apuliae Meſſapia cognominata eſt, quae univerſae Peninſulae Iapygiae nomen renovavit, novam linguam, & leges dedit, ceteriſque a Tarento ad Leucam urbibus imperavit. =

Digitized by Google

ſed fractus, ut omnes videri literae non poſſint. Ex oppido Vaſta illud miſi etiam, quod *Paulo III.* Pontifice Maximo: Romae erat, qui de Hetruſcorum lingua ac literis, neſcio quid Viterbii repertum, noſtro cum riſu, diceret ſe interpretari. Vidi etiam quae *Antonio Auguſtino* perſuadere conabatur. Verumtamen obſecro te, ad me ſcribe quamprimum. Vides enim quid me cogitare velis tanto in deſiderio a te literarum. Patrem tuum non his tantum ex literis mihi ſalutari volo: ſemper commune ſit utrique veſtrum, ſi quid alterutri ſcribam. Vale.

Vriae prid. Kal. Sext. MDLXIII. [a]

Scire cupio a te, aut a patre tuo, num viſae uſquam ſint *Quintiliani* cuiuſdam ſenioris (ut opinor) *Declamationes centum triginta ſex*, poſt Parmenſem vel Pariſienſem editionem intra quindecim Superiores annos impreſſae &c.

MA-

[a] Additur hic in alio eiuſdem Epiſtolae exemplari = Praenomen Quincti datum a prima infantia mihi a Patre, exuere non poſſum, & auferre a linguis aut familiarium, aut eorum, qui me quoque modo cognoverunt; Id puer nunc adſcripſerat, cuius me pudet apud patrem tuum, ut rerum omnium, ſic antiquitatis magiſtrum. Inepte quidem meus Pater, ſed quid facias? Credo ferendum erit.

Digitized by Google

# MARIVS CORRADVS.
## PAVLO MANVTIO ALDI F. S. P. D.

### *ARGVMENTVM.*

*Intermiſſionem ſcribendi ſuam in bonam partem fuiſſe a Paullo Manutio adceptam gaudet, duoſque Reginaldi Poli libros ab eo ſibi miſſos adcepiſſe docet: tum de veteribus Inſcriptionibus aliquid addit.*

QVas proxime adcepi a te literas, mihi, ut ne mentiar, iucundiſſimae omnium fuerunt. Suavis enim ſignificatio eſt illa amoris in me tui, qua ſimul & doles te fructu mearum carere literarum, & humaniſſime eam in partem adcipis intermiſſionem huius officii mei, ut etiam credas nimiam haberi a me rationem occupationum tuarum. Nam quod ad fructum adtinet (ut ſcribis) & voluptatem, quam capias legendis meis Epiſtolis, id ego mihi ſumma in laude pono, & maximum duco eſſe fructum ſtudiorum, ac diuturni laboris mei. Quod autem humanitatis ac modeſtiae ſcribis eſſe, quod tibi maximis ſtudiis, ſummiſque negotiis diſtento, quattuor iam his menſibus noluerim eſſe moleſtus, agnoſco lenitatem, & amorem tuum, qui & temporis brevi ſpatio, nimis diu carere credas te meis literis, & virtuti tribuas, quod potui fortaſſis neceſſitate, aut negligentia peccare. Non me accuſo equidem, quaſi indiligens fuerim ad ſcribendum, ad te praeſertim, cui me officia omnia debere profiteor; ſed amo facilitatem ingenii tui, qui neque exſpectaris excuſationem meam, ut ultro me atque amantiſſime incitaris, ut ad illam redirem, quae tibi longo intervallo, pro tuo in me amore intermiſſa videbatur, conſuetudinem ad te ſcribendi. Nunc de benevolentia, & iſta liberalitate animi tui ago tibi, uti de-

Digitized by Google

debeo, gratias, polliceorque, fore, ut (quando ita vis) hoc in genere deſiderare non poſſis officium meum. Adtulit a te mihi frater meus duos *Reginaldi Poli* Card. ampliſſimi & ſanctiſſimi viri libros, unum de *Concilio*, alterum de *Religione Britanniae* ab illo *reſtituta*: fuit uterque mihi in iis, quae ſunt a fanaticis hominibus in Religionem concitata, valde commodus, & ad memoriam, quam de *Polo* ſemper habui, periucundus. *Aldus* noſter ad me ſcripſit breves literas, quibus literis petiit, ut Inſcriptiones antiquas ad te mitterem, quae hic repertae eſſent. Collegi ex iis, quam multas potui. Neſcio, an illi fecerim ſatis. Me quidem certe, tibi ſum ratus gratiſſimum eſſe facturum. Tu perges nos (ut facis) amare & ſalvebis a *Marcello* fratre meo. Is ſcire te cupit, ſemper fore ſe cupidiſſimum tui. Vale. Vriae.

M A-

Digitized by Google

## MARIVS CORRADVS.
## PAVLO MANVTIO S. D.

### ARGVMENTVM.

*Inſcriptiones aliquas ei mittit, & de Bovii ad Brunduſianum Archiepiſcopatum evectione nunciat.*

QVae nunc miſi, ea te ſuſpicabar adcepiſſe a multis: miſi tamen, ut intelligeres nihil aliud eſſe, quod magis placeret. Excuſationem adcepi tuam, & *Aldum* amavi, quod liberaliter ad me ſcripſit. Si quid erat inſcriptionum aliud, id omne mihi cum *Pallia* tui amantiſſimo commune erat. Is quando praeripuit mihi officium meum, nec ſcio quae adhuc non miſerit, egi cum illo per literas, ut quidquid haberet, vel meum, vel ſuum, ad te mitteret. Scio eum aut feciſſe iam, aut libentiſſime facturum. Haec ſubito ad te ſcripſi, cum procurator *Caroli Bovii* Romam diſcederet. Adceperat enim *Bovius*, ut domum Tridento rediit, a *Philippo* Rege literas, quibus in literis erat, factum ſe abſentem Archiepiſcopum ab eo Brunduſianorum. Amat hic te plurimum, ut ſaepius ante hac illius te iuſſu ac nomine ſalutaverim. Si tibi contingit, ut illum Venetiis, Romae, aut uſquam videas, ſcito gratam homini omnium doctiſſimo fore gratulationem tuam. Vale. Vriae.

COR-

Digitized by Google

## CORRADVS MANVTIO S. D.

### *ARGVMENTVM.*

*Amicum de variis adloquitur, ac praecipue de opere a ſe conſcripto de lingua Latina, deque ſua Guil. Sirlaeti de Religione apud Indos verſione certiorem facit.*

VAlvaſſoriis mandavi, meas ad te nugas mitterent. Patrata reſponderunt, quae volui. Tantum vereor, ne parvi libelli, nimis tamen vaſta magnitudo ſit viſa. Ipſis quidem libraris id iudicii fuit. Vides enim quam emendavi omnia. Itaque nollem res mihi veniſſet in mentem. Cupiebam antea propter multa: in iis illud praecipuum, ut latinitas quoquo modo defendi ab aliquo tamen videretur. Credas mihi velim, pauciſſima ad te, ad *Crottam*, ad *Palliam*, ad *Decium* ſcripta me in eam cupiditatem impulerunt: cauſam enim a *Romulo*, a *Bonamico*, a *Sigonio*, a ſe defenſam non ſatis vehementer dolebam. Magna tua doctrina fuit magnum ingenium: ſed impendiſſe te velim plus auctoritatis. Tu ne rem ſacroſanctam rationibus tantum & argumentis contra fanaticos homines defendas? Quare ſaepius me retardavit etiam lenitas patrocinii tui. Incumbe, oro te, igitur acrius ad cauſam. Nemo enim ex his eſt praeter *Speronem Speronis F.* qui non ſtultiſſime in nos loquatur, cui ignoſcendum putemus. Mihi tamen duces quaerendi ſunt, quibus utar, tamquam iniuria laceſſitis. Tu unum te ex iis velle, aut primum debes, aut ſolum. Debes enim iſtam eloquentiam aequitati cauſae graviſſimae, & ipſius eloquentiae ſtudiis, & latinitati, unde immortalitas tibi comparata eſt. Equidem hac voluntate, & iudicio ſum adductus etiam, ut Latinam

nam

Digitized by Google

nam linguam certa ratione ac via totam a principio tractarem. Rem octo libris ſum complexus. Illud ſaltem videor mihi perpetuo ſervaſſe, ut latine omnia, quoad res patitur, explicarim, ut Noſtri, & Graeci ſermonis antiquitatem, latebraſque omnes perquiſiverim, ut ſolam perfectiſſimae viam latinitatis, & veterum oratorum conſuetudinem loquendi docerem, ut quaſi iureiurando quodam adſtrictus, nemini eorum, qui uſque ad hodiernum diem ſcripſerunt, maledixerim. Haec ſunt mihi adhuc in manibus. Quaero enim libros veterum. De *Herodiano Apollonii F.* nihil certi audio. Sunt qui in Brutiis uſpiam latitare illum dicant. Benevento, & Neapoli ſpes quaedam afferebatur. Puto mihi, ſi quid audiam certius, vel navigandum eſſe. De *Sexto* etiam *Empirico* te rogarem, niſi Grammaticorum nominibus ſtomachum tibi homini elegantiſſimo facere nollem. Sed exſtabunt a me propediem non abhorrentia a ſenſu, ac ſtudiis tuis, elegantiora quaedam, & maiora, quae cogito, ſi iis, par eſſe poſſim. Nunc vero in his, quos dixi, libris honorem habui ſaepius tibi, & patri tuo: & cupio debere adhuc plura. Quare vide, obſecro te, ſi quid meam induſtriam illius etiam fragmentis, quae ipſe nominat, potes adiuvare. His de rebus, ut literas modo adcipiam tuas, conſtituam quid faciendum putemus, ad teque perſcribam. *Perpinianum* eſſe Romae, & ſalutari meis verbis cupio. Quid aliud ad te ſcribam? quid? Illud videlicet, quod mihi tu maximum putabis. Verti in latinum de *Religione apud Indos* tertium librum, a *Gulielmo* mihi *Sirlaeto*, ut noſti, miſſum. In eo libro ſaepius mea, credo, ebrietas fecit, ut verbum *itaque*, non primo loco poſuerim. Huic malo, per inquam, per mihi gratum feceris, *Manuti* ſuaviſſime, ſi quam operam adcommodabis benevolentiae & amoris in me tui. Hoc

ipſum *Julio Pogiano*, qui apud *Borromaeum* vivit, ſuperioribus diebus mandavi. Scio quantum is me diligat; ſed vereor, ut meae ad illum ſint perlatae literae. Tu ſcribes ad hanc epiſtolam, oro te, quam primum. Vale.

Hanc epiſtolam proficiſcens Brunduſio multo ante ſcripſeram; ut Neapolim veni, perire eam nolui. Scribes, oro te, & literas in domum *Michaelis Villanovae* mittes Regii Conſiliarii. Tametſi curabit hoc *Antonius Cevinus*, ipſe, qui meas tibi litteras reddidit. Vide, oro te, ſi quid me potes adiuvare. Praeter enim quos dixi, *Palaemonem* quoque, *Aſperum*, *Scaurum*, *Lutatium*, *Atilium*, *Papirium* niſi videro, nolo meum opus vivere. Hos perquirens, librarios ubique omnes diu fatigavi. Itaque velim, id quod ſumme te rogo, plurimum viginti dies his in libellis periculum facias fidei meae. Tua nulla erit iactura, neque labor, neque vecturae ſumptus. Scito me Neapolim veniſſe, quo minus librorum copia carerem. Invenio hic vetuſtis in bibliothecis quotidie multa; eorum tamen, quos dixi, nulla ſpes adfertur. Vnus igitur tu potes efficere, ne fruſtra his octo in libris laborarim. Vale.

Neapoli V. Kal. Novembris.

COR-

## CORRADVS MANVTIO S. D.

### *ARGVMENTVM.*

*Villanovae, aliorumque rogatu ab eo petit, num cuiuſdam Inſcriptionis auctor ipſe fuerit: deinde, num Herodianum uſquam viderit, ſcire ab eo cupit.*

HOſpes meus *Villanova*, multorum rogatu nobilium, ideſt inſanorum hominum improbitate victus, a me contendit, ut rogarem te per litteras, num facta a te haec Inſcriptio ſit, quam infra poſui. Omnino autem, ut ut ſit res, nihil te ex hoc praeſertim genere ſtultiſſimis hominibus gratificari velim. Incredibile eſt quanta ſint, neſcio, ignorantia ne dicam, an furore. Non adtinet hic omnia ſcribere, nec neceſſe eſt. Tantum de Inſcriptione, ſi ſiam a te certior, videro, quid invidis, ac ſtultis hominibus reſpondendum ſit. In meis vero, de quibus ad te ſcriptum libris, nihil fortaſſe tam erit excellens, quam audacia mea. Sed viderimus. Sit enim auxilii a te quidpiam, ut ſuperioribus tecum egi literis, & mehercule conſilii nonnihil, & valde reſpiravero. De *Herodiano* me doceas, oro, an uſquam ſit viſus. Latina ex tuis, & patris tui libris praeſto mihi velim eſſe: ſed illud praecipuum ſit, ut ne impudentiae, ſed neceſſitati potius, & diligentiae meae tribuas, quod te peto. Sic enim ſcire debes, nuſquam eos libros a me non fruſtra quaeſitos eſſe. Vale.



Digitized by Google

## CORRADVS MANVTIO S. D.

### ARGVMENTVM.

*Villanovae nomine illum rogat, ut omnia Perionii Cormariaceni ſcripta, & de artificio memoriae quidquid optimum ſit, perquirat, ſibique mittat.*

DOleo, ita vivam, dolorem tuum. *Villanova* me tamen impulit hoſpes meus, ad te ut ſcriberem. Is mecum egit vehementius, ut ſuo te etiam nomine rogarem, *Perionii Cormariaceni* ſcripta omnia tibi ut cures. Qui tibi hanc epiſtolam reddidit, is pecuniam numerabit, quanti res erit. Itaque te oro, mihi ut ignoſcas, & per familiarem in literis verſatum aliquem libros ad te adferri iubeas. Aliud negotium tibi non damus ullum, niſi ut videas, ne quod in re vitium dolere poſſimus, & nobiliſſimi viri cupiditati, ac ſtudio, ex elegantia iudicii tui ſerviatur. Illud praecipue videndum, ut ne qua *Perionii* ſcheda Romae ſit, quin mittendam ad nos arbitrere. Vereor aliam tibi adferre moleſtiam; ſed hoſpiti meo, clariſſimo viro, eidem homini doctiſſimo deeſſe non potui. Is petit ab utroque noſtrum, de *Artificio Memoriae* ſi quis tibi vel ex hominum ſermone liber ſit auditus. Recordor me Romae vidiſſe olim ex iis plurimos, quorum in praeſentia neque nomen ſcio; & quaeri vult aut optimum, aut in quo eſſe minimum vitii credatur. Habes epiſtolam μονονουχὶ *Villanovae* manu ſcriptam, hominis literarum, eloquentiae, & utriuſque noſtrum amantiſſimi. Mea ſunt, quae ſequuntur. Libros exſpecto, quum *Aldus* reſponderit. De lingua Latina paulo vehementius defenden-

denda, adcipio quod das, & ipſa dies viderit. Quae ego adhuc parturio, ſpero te non eſſe riſurum. Tantum vide, ut nos amanter iuves. Quam ad te miſeram ſuperioribus diebus inſcriptionem, cupit *Villanova* mecum doceri, an a te fuerit. Adcepiſſe te credo a *Valvaſſoriis* meas epiſtolas. Cognoſce, oro te, ex familiaribus, an in Vaticano, aut uſquam *Herodianus* lateat. Mendum in meis rebus Indicis mandes velim ut corrigatur: ad *Sirlaetum* eas remiſeram. Non laborarem, ſi (ut cupio) in manus hominum venturae numquam eſſent. *Villanovae* denique ut fiat ſatis, etiam atque etiam vide. Navemus, quaeſo te, hanc operam homini ſtudioſiſſimo noſtri, & literarum. Vale.

Neapoli &c.



Digitized by Google

## CORRADVS MANVTIO ET STATIO S. P. D.

### ARGVMENTVM.

*Eorum auxilium, & operam quadam ſibi in re neceſſariam petit.*

NVllius rei me tam puduit in vita, quam vobis, elegantiarum omnium parentibus, ineptus videri. Nimis enim diu ſum moleſtus: verumtamen, quod a principio volui, cupio nunc vehementer finem eſſe huiuſmodi literarum. Itaque vos oro, & obteſtor, ſi qua dari poteſt opera, quo mos geratur huic neceſſitati meae, eam hominis veſtri amantiſſimi cauſa minime negligendam putetis. Libros enim haud multo plus octo diebus habebo mecum. Sin eſt, ut res difficultatis aliquid habere videatur, vel incommodi, idque ego vel minima ſignificatione literarum a vobis queam intelligere, tum hac de re ſcribere amplius, etiam turpe exiſtimabo. Valete.

Neapoli &c. XII. Kal. Sext.

H. AN-

Digitized by Google

## H. ANTONIVS CORONATVS ALDO MANVTIO S.

### ARGVMENTVM.

*Epigramma quoddam e monumento marmoreo deſcriptum ei mittit: tum petit, ut loci cuiuſdam in Libro de Legibus interpretationem a patre ſuo huiuſce Libri auctore velit perquirere, ſibique communicare.*

POſtridie quam Praeneſte redii, ne eorum, quae tibi Romae pollicitus fueram, immemor eſſe viderer, in locum, ubi marmor epigramma, quod videre cupis, inciſum habet, me contuli. Antiquitatis ignorantiam, ne dicam contemptum, multum adcumulaſſe fimum animadverti; vix prae ſterquilinii mole lapis proſpici poterat. Putaſne, me hic in vitae inſcientiam dicta continuiſſe? Difficile opus marris, raſtris, & aliis eiuſdem generis ferramentis non deſperanter adtentare incoepimus: ego negotio non ſolum intereram, ſed etiam praeeram. Quid multa! non tanti admotis machinis expugnare Ilium fuit: tandem non ſine ſudore effoſſum carmen nonnullis verſiculis ſitu paene exeſis adparuit. Id, etſi lyncei acie indigebat, tamen, quibuſdam veterum monumentorum ſtudioſis iuvantibus, diligenter deſcribere ſum adgreſſus. At rei difficultas, aliaeque occupationes, quibus diſtentus eram, me plures dies intermittere coegerunt; iis aliquantum relaxatus, quod inchoaveram, perfeci, ad teque mitto. Hoc exemplum cum tuo conferre poteris, & quid ab eo diſcrepet, & quidquid animadverſione dignum exiſtimaris, ad me perſcribas velim. Nudiuſtertius veſperi, cum tui patris, viri doctiſſimi, librum de *Legibus* pervolutarem, locus, in



Digitized by Google

quo ille de Lege *Titia* meminit, me retardavit: eſt enim in eo hoc modo. HIC LEGIS TITIAE SVBIVNGENDA MENTIO EST, QVAE SANXIT, NE QVIS IN PECVNIAM LVDERET. Cumque me in eiuſmodi loquutione perquirenda exercerem, laborem in me ludere ſenſi; nam eum loquendi modum ad ſenſum legis exprimendum quadrare poſſe nuſquam invenire potui. Illum, amabo te, percunctare, ut a quo mutuatus fuerit, plane intelligam. Patri meis verbis ſalutem dicito &c.

H. AN-

# H. ANTONIVS CORONATVS ALDO MANVTIO S.

## ARGVMENTVM.

*Scribit variis ſe negotiis fuiſſe a Manutii Epigrammate cum marmoreo conferendo retardatum; tum ſermonem a ſe habitum de ſortibus Praeneſtinis, & quaſdam in ſecundo Ciceronis libro de Divinatione difficultates exponit, eiuſque ſententiam requirit.*

AN tu. Τὸν τοῦ Ἐπιμενίδου ὕπνον mihi datum eſſe arbitraris? inſuaviſſimam literarum intermiſſionem! atqui eam, antequam hunc calamum deponam, me compenſaturum ſpero. Cum tuam epiſtolam, quae antiqui nitoris omni ex parte plurimam effigiem exprimit, libentiſſime legiſſem, tempuſque congreſſus ſermonumque noſtrorum, quos nulla unquam oblivio inobſcurare poterit, recognoviſſem, in me negotia, nullum mihi temporis punctum intermittentia, ingruerunt; me ad lapidem, ut epigramma cum tuo conferrem, euntem ſaepius retorſerunt: me enim quotidie aliud ex alio ſic impedivit, atque ab officio abduxit, ut prorſus mei ipſe obliviſci coactus fuerim. Quae, inquies, impedimenta tanta fuerunt? rogas? itinera, lites, controverſiae, diſſidia, cauſae, Ἰλιὰς κακῶν, imo vero mille incommodorum, difficultatumque Iliades. Vnum, mihi crede, ideſt tui memoria, me moleſtis, operoſiſque negotiis implicatum, ſemper erexit, ac recreavit; nam quoties orationis tuae ſuavitas, eruditio, admirabilitas mihi in mentem veniunt (veniunt autem ſaepiſſime) toties e tenebris in lucem vocari videor. Hic ex immenſo tuarum laudum campo, in quo oratio exſultare cupit, in exiguum ſane

gyrum me modeſtia tua, quae honores tuae virtutis eximiae debitos propter cognationem, quam cum adſentationibus habent, reſpuit, compellit. Conſulto igitur de hoc curſu digrediens oratio longius aberrare cogatur. Redeuntibus nobis domum VII. Kal. Maii, & quidem veſperi, de ſortibus Praeneſtinis ſermo incidit: quae de earum inventione ſubcurrebant, in medium protuli: illas praeterea pueri manu miſceri, ducique, in more maiorum poſitum fuiſſe narravi: ea, etſi ſuperſtitione erroreque referta eſſe videbantur, tamen audientibus non iniucunda fuerunt. Caenatus, lychno propter lectum accommodato, cubitum ivi: antequam me ſomnus amplecteretur, *Ciceronis* librum II. de *Divinatione*, quem ſub pulvinum paulo ante collocaram, cepi, evolvi. In eo eſt *is eſt hodie locus &c.* Ea oratio non faciles explicatus habet; cui Epigramma in quodam lapide inciſum; cuius exemplum infra ſcripſi, noctem obfundit, an lucem adfert? *Fortunae iovis puero &c.* Quibus de rebus, praecipue de eo, quod *Cicero* tradit, oraculum non Delphis, ſed a patre tuo, a te ipſo, muſiſque, ut aiunt, magiſtris, qui domi tuae reconditi quaeque ſcrutantur, pete, iis lumen adhibe, quidquid antiquitatis ineſt, enucleas, tuaeque ſententiae cum me certiorem feceris, te mihi nihil gratius facere potuiſſe cognoſces. Tandem ad Epigramma venio. In marmore in 3. verſu *ponit*, in tuo eſt *donat*. In 8. *praetium*; in tuo *praetium*. In *litor*, in tuo *littora*. In 19. *por tua faecula*, in tuo *poſt tua faecula*. Caetera cum tuo conveniunt. Vale.

FRAN-

## FRANCISCVS CICEREIVS PAVLLO MANVTIO S. D.

### ARGVMENTVM.

*Poſt declaratam ſuam in totam Manutiorum domum obſervantiam, atque exiſtimationem, de Octaviani Ferrarii, Barthulomaei Caprae, & Hannibalis Crucei, Mediolanenſium Civium ſingularibus erga ſe meritis, praeſertim ad Artis Rhetoricae in ea urbe publice explanandae provinciam obtinendam, Paullum facit certiorem: tum ſuam illi operam quammaxima devincti animi ſignificatione pollicetur.*

SAepius (mihi crede) cupivi vel ſemel tecum per literas, quoquo modo poſſem, conloqui, ſi modo aliquoties id facere mihi conceſſum non fuiſſet: ſed quotieſcumque eius mihi rei in mentem venit, atque animum ad cogitandum inſtitui; toties neſcio quomodo vel hoc, vel illud me invitum a ſcribendo abſtraxit, atque alio tranſtulit. Nunc vero cum ſcribere vehementius cupio, tum ſcribendi ad te occaſionem multo ampliorem (ut ipſe quoque intelliges) quam umquam alias, habeo. Itaque nunc tandem decrevi, ſublatis omnibus iis, quae mihi moram, & impedimentum inferrent; quoniam locorum intervallo diſiuncti ſumus, neque te mihi coram intueri, atque adloqui, uti cuperem, licet; uſus bono litterarum, meum erga te animum aperire, obſervantiam, benevolentiamque in te meam demonſtrare. Quod niſi hoc effecero; mihi turpe futurum putem, ſi, tacente me, ex aliquo meo, vel alius cuiuſquam commentario aliquando cognitum fuerit, me eadem aetate, qua te, vixiſſe, & ex laboribus tuis maximum fructum cepiſſe; neque tamen tibi, ſi minus potuiſſem iuſtas gratias agere,

ſte, vel ſemel ſalutem dixiſſe. Ego & fui ſemper, & ero, dum vivam, ALDI parentis tui famae exiſtimationiſque cupidiſſimus, memor tantorum laborum, quos & pro me, & pro aliis omnibus bonarum litterarum ſtudioſis, optimus ille vir, in magno nomine & gloria ſemper futurus, ſuſcepit. Eodem modo adfectus ſum erga te; eodem modo erga filium tuum. Iam enim eſt proprium familiae veſtrae de genere humano benemereri, emendandis, explanandis, imprimendis, atque pervulgandis ſummorum hominum libris; iis denique ſcribendis, & ex iſto erudito animo veſtro promendis, quae alios delectent, vos ipſos laudibus inluſtrent. Quod igitur officium patri tuo tribuere non potui, cum iam ille multis annis ante, quam ego naſcerer, eſſet mortuus, praeſtabo tibi ſaltem, praeſtabo filio tuo, ſi quando id mihi erit commodum. Atque hanc ego ſcribendi cauſam nimis late patere, & mihi cum aliis quamplurimis communem eſſe, praeclare intelligo. Quare me ad aliam tibi pluribus exponendam, quae proprie me ipſum adtingit, comparo; niſi fortaſſe te, multis negotiis diſtentum, iam non vacat audire. Ego *Octavianum Ferrarium*, *Bartholomaeum Capram*, & *L. Hannibalem Cruceium*, Mediolanenſes Cives, diligenter obſervo, & colo; idque non ſolum ob maximas clariſſimaſque virtutes, quae ipſis omnium hominum obſervantiam benevolentiamque valde conciliant, ſed etiam propter multa ac magna beneficia, quae illi in me contulerunt. Ne vero hic mihi dicas, quorſum haec a me? Facere non poſſum, quin paulo altius huius meae in eos obſervantiae atque amoris initium repetam: quod ubi fecero, non dubito, quin facile cognoſcas, quid ſit, quamobrem ad te ſcribere voluerim in praeſenti. Decem anni ſunt, ut opinor, cum in animum induxi meum, conferre me in ſidem & cliente-

te-

telam *Octaviani Ferrarii*, de quo viro optime exiſtimari a multis audieram, & praecipue a *M. Antonio Maioragio*, quocum aliquot annos familiariter vixeram, homine & docto, & in primis erudito, & ad dicendum copioſo: quo quidem tempore *Ferrarius*, cum (quemadmodum ipſe quoque ſcis) comis ſit atque humanus, non tantum me in fidem recepit; ſed etiam ſermones ſuos longe doctiſſimos, minime vulgares, quos habere conſuevit, mecum communicare coepit, adeo ut inde non parvam adceſſionem ad eas litteras, quas prius didiceram, factam eſſe ſentiam. Hoc ille, quod per ſe quidem ipſum eſt maximum, non contentus, duorum amicorum ſuorum, *Bartholomaei Caprae*, & *L. Hannibalis Cruceii*, ſummorum, & ſingularium virorum, mihi benevolentiam conciliavit, & gratiam, idem quoque cohortationibus animum meum erigere, atque excitare coepit, meque aliquid magnum ſpectare, & aliquid honeſtum ſperare iuſſit. Cum igitur non ita multo poſt occaſio mihi eſſet oblata, addidit animum, meque ad petendum impulit, ut me Senatus Arti Rethoricae publice Mediolani explanandae praeficeret. Vna vero cum *Cruceio*, a Senatu rogatus, tam praeclarum mihi dedit iudicii ſui teſtimonium, quam praeclarum aliquid tale petenti dari poteſt: neque vero hoc ſatis eſſe arbitratus, diligenter egit cum univerſo Senatu, atque ſingulis Patribus, ut, quod illos rogabam, id impetrarem. Itaque provincia mihi tradita; praeteriti competitores multi, quorum nomen in Grammaticis non parvum erat. Vbi interpretandi muneri praepoſitus fui, iidem ipſi fautores numquam dare operam deſtiterunt, ut ſic illud tuerer ac ſubſtinerem, ut in tam honeſto tamque frequenti loco pulchre ſtarem: quaſi in eo ipſorum res non minor ageretur, quam mea; & omnes quidem tota mente huc incubuerunt, atque

in

in hoc opes ſuas experti ſunt: ſed tamen, ut omnes uno atque eodem animo ſunt; ita, cum tres ſint, unum alio plus hac in re, quam in illa, valuiſſe, confitendum eſt. Nam *Ferrarius* numquam me monere deſtitit, quo in dies aptior ad docendum, adque munus publicum exſequendum fierem. Neque vero ille ſuis admonitionibus profecit parum! id iudicium eſt hominis valde docti; & eius, qui bonam aetatis partem conſumpſerit in interpretando, licet genere diſpari, celebrioribus locis, atque alio diſciplinae genere, & multo maioris momenti & ponderis. *Capra* multos mihi libros, cum veteres, tum novos, utendos tradidit; & elegantium virorum adnotationes, obſervationes, animadverſiones, & quamplurimas id genus commentationes in eos auctores, quos ut explicarem, in manus ſumpſeram, ſcriptas: magnum hoc quidem per ſe; at maius mihi, talium rerum avidiſſimo; maximum vero, ſi ſpectes opportunitatem. Sed tamen nihil ad hoc, quod dicam, videbat, ut eſt clemens *Capra*, difficultate rei nummariae Senatum (ut interdum fieri conſuevit) teneri; neque tam cito, quam ego cuperem, ea mihi praemia dare laborum meorum, quibus adfectus, & eo me onere, quod iamdiu grave nimis ſubſtinebam, levare, & ſtudiis meis inſervire poſſem. Sic mecum liberalitate ſua uti adgreſſus eſt; ut, ſi modo vellem, paratus eſſet diligenter cavere in quattuor annos, ut quotannis mihi darentur ducenti ſcutati aurei: neque a me quidquam ob id poſtularetur, ſed illud tantum e gratia fieret, ut in litteris verſari ſine interpellatore poſſem: quam quidem voluntatem quis non admiretur, ac homine dignam principe putet? praeſertim cum animadvertat, homines divites, fortunatos, nobiles, hoc tempore litteratorum hominum ſtudia contemnere, ac pro nihilo putare.

Quod

Digitized by Google

Quod ſi quis tamen hominem noverit, minus hoc miretur, cum intelligat, eum & quaerere pecuniam, & ad honores adſcendere (quorum utrumque ei bene iuris perito, & nobili genere nato, erat facile) ut ſe totum in Philoſophiae ſtudium traderet, neglexiſſe. At *Cruceius* primum egit cum Senatu, Aedili, & XII. Decurionibus, ut, licet civis Mediolanenſis ſim lege, neque aliunde adcitus huc immigrarim, ut publice docerem; mihi tamen fuerit immunitas data: deinde non prius conquievit de me, quam perfecit, ut Senatus idem mihi in ſingulos annos conſtitueret aequam mercedem laborum meorum. Cum igitur ab his tribus civibus noſtris tot ac tanta in me beneficia ſint profecta, nonne iure optimo illud dicere poſſum, quod olim de *Chryſippo Carneades* Cyrenaeus? *niſi hi tres eſſent, ego non eſſem*. Nam, quod aliquid ego quoque ſum, ſi modo aliquid ſum, id totum eſt illorum; qui cum neceſſitudine & benevolentia tecum ſint coniunctiſſimi, viſus ſum ſatis iuſtam cauſam habere ſcribendi ad te, ut ſcires, cum illos de me benemeritos colam diligenter, qui tibi valde amici ſunt, hoc eſt, qui idem ſunt, quod tu ipſe es; te quoque a me, ſicuti par eſt, diligenter coli. Neque vero iam quidquam, ut arbitror, impedit, quo minus ἀξίωμα illud etiam ad coniunctionis, & benevolentiae iura pertinere poſſit: *Quae duo, vel plura uni & eidem conveniunt, eadem rurſus ipſa inter ſe conveniunt*. Nam, ſi convenit tibi cum *Ferrario*, *Capra*, & *Cruceio*, quemadmodum multa, & illa praeclara quidem aperte declarant, & mihi quoque convenit cum his ipſis; cur non & mihi tecum conveniat? Dicam igitur illud, & veriſſime dicam: ſi in fide ac clientela ſum *Ferrarii*, *Caprae*, & *Cruceii*, conſequens eſſe, ut in fide & in clientela quoque ſim *Paulli Manutii*: qui (ut breviter dicam id, quod norunt omnes, & plane faten-



Digitized by Google

tentur iidem tres amici tui in primis ) hac aetate, & multo plus ſapit, & multo melius ſcit ſenſa dicendo exprimere, quam multi etiam eorum Romanorum, qui in ipſo Imperii Romani flore ſcripſerunt : quod quemadmodum ex animo dico, & quemadmodum etiam eo glorior; ita re ipſa paratus ſum inſervire tuis, tuorumque amicorum commodis, neque amittere ullam occaſionem, quaecumque mihi oblata fuerit, ad meam in te benevolentiam declarandam, aut obſervantiam teſtificandam . Tu modo, humaniſſime *Manuti*, ne aſpernare hunc animum meum tibi addictum, deditum, obſtrictum; neve gravare mea uti opera hominis, ſi minus potentis, divitis, ac docti, at fidelis tamen in amicitiis, & tui ſtudioſi, & propterea etiam digni, qui a te diligatur : quod ſi feceris, mihi gratiſſimum feceris : ut autem id facias, te etiam atque etiam rogo. Habes tu quidem epiſtolam verboſiorem fortaſſe, quam velles, utpote qui maximis occupationibus impediris; ſed tamen dignam eo, qui, cum ſit tui cupidiſſimus, tamdiu tecum coram loqui ſibi videtur, dum ad te ſcribit. Sed tamen quidquid ſcripſi, eo pertinere volo, ut intelligas, me non ea modo cauſa communi, qua litterati omnes ad te amandum, atque obſervandum impelluntur; ſed etiam ea, quae proprie me ipſum adtingit, quod ſum in ore trium tuorum amicorum, & quidem ſummorum, ad te ſcribere, & meum erga te animum aperire debuiſſe. Salvebit a te *Aldus* filius tuus, qui me ex litteris *Octaviani Ferrarii* noſtri iam novit, quique rurſus ad eum ſcribens non ſemel me ſalutavit. Salvebit iterum *Aldus* tuus, haeres avi nominis, diligentiae, atque eruditionis; imago autem non ſolum corporis, ſed etiam animi, hoc eſt integritatis, elegantiae, doctrinae, omnino denique virtutis paternae. Vale.

Mediolani anno MDLXIX. Kal. Sept.

## CORRADVS MANVTIO S.

### *ARGVMENTVM.*

*Quemdam maledicum ſua ſcripta carpentem, & Aldi Senioris ſententiam de accentibus inſcribendis improbantem ut dignis modis exagitet, ab eo conſilium petit.*

MOri malim, quam tibi moleſtus videri. Itaque pertimui reſcribere ad epiſtolam tuam. Nunc autem nolui me iratum crederes, vel diffidere humanitati tuae. Valeant libri omnes, vel tui, vel *Statii*, vel mei, vel ſi qua ego poſſem *Varrone* meliora potiuſquam te amplius ad eiuſmodi epiſtolas provocem. Sed audebo nunc tantum fretus benignitate tua, quae mihi veniunt in mentem. Tu vide, an poenitere me velis huius quoque epiſtolae meae. Audi nunc, quod ego etiam ſcribo per invitus.

Eſt his in locis homo nequiſſimus omnium, qui vivunt: numquam illo fuit aut alienior quiſquam a bonis literis, aut arrogantior, aut mihi, quamquam de ſe optime merito, infeſtior. Homo eſt ſatis commoda fortuna, obſcuro loco, ſine ulla opinione literarum apud indoctiſſimos. Hic adſidue contra me, & mea ſcripta quaedam clamitat apud omnes, impudentiſſime *Aldum Manutium* ſeniorem, qui unus plurimi fit a *Q. Mario* in ſuis de *lingua Latina* libris, nova quadam barbarie Latinam linguam labefactaviſſe, qui docuerit, accentu, vel acuto, vel gravi, vel circumfleſſo poſtremis in ſyllabis verba quaedam dici oportere. Ait, huic meae, & *Aldi* ſententiae *Quintilianum* repugnare, qui de acuta voce vel flexa loquens, ita ſcripſerit *NEVTRA CLAVDET LATINAM VOCEM*. Huic ego homini Latinae linguae ignaro, Graecae

etiam inimico, duobus modis reſiſtere ſum conatus, primum, de acuta voce, & flexa *Quintilianum* dicere, non etiam de gravi, quam *Aldus* cum *Donato*, *Sergio*, *Priſciano*, *Servio*, & antiquis omnibus poſtremae ſillabae adttibuit; deinde non his paucis de verbis, *Quintilianum*, quae differentiae cauſa mutant accentum, ſed toto de Sermone Latino γενικῶς intelligere, cuius verba omnia (ſi de natura loquemur) βαρύτονα ſunt. Eo magis in hanc ſententiam adducor, ut hoc illum ſenſiſſe credam, quod is auctor eodem loco ſeparatim iiſdem verbis egit, quae propter vocum diſcrimina (ſic enim loquitur) acuto ſono vocis terminantur. Mi doctiſſime, ac ſuaviſſime *Manuti*, nihil hic mentior, ut numquam tibi ſum alias, aut cuiquam mentitus. Vis illum ipſum inaudita temeritate hominem, his de rebus ad te ſcribere? Nihil verebitur vel te, vel patrem tuum. Vnum illud veretur, quod ait, certum eſſe, te a patris tui ſententia, quamvis falſa, non eſſe diſceſſurum. Hac de re vel doctiorem, vel amantiorem, vel cuia magis interſit, quem poſſem conſulere, non habebam. Quamobrem te oro, quantum de re maxima, ad me ſcribas, & quid ſentire me de re tota, & *Quintiliani* loco velis, etſi quid aliud videbitur prudentiae, & amori tuo, cuius mihi vel auram aliquam ſi adſpirare cognoſcam, ego nebulonem videro quibus modis exagitandum putem. *Quintilianum* denique a patre tuo, doctiſſimiſque antiquorum omnium, quibus dixi, aut non lectum ſemper, aut non intellectum rectiſſime, ipſi quidem *Quintiliano* poſſem credere. Vni vero tibi credam, quae voles. Vale.

Salerni XV. Kal. Decemb.

*F I N I S.*

IN-

Digitized by Google

# INDEX
## RERVM NOTABILIVM.

* * * * * * *
* * * * * *

## A

*ACcaioli Rob. Ep. Marcell. Virgil.* pag. 25.
*Adriani Io. Bapt. brevis vita.* pag. XXII.
*Adriani Io. Bapt. Iunioris Elogium.* p. XXV. & ſeqq.
*Adriano Marcello Ep. ſcribit Rich. Thomſon.* pag. 65.
*Albitia Altiera.* pag. XVIII.
*Albitii Laur. Ep. Marcelli Virgilii F. ſcripta.* p. 35.
*Albitii Lucae Ep. Marcell. Virgil.* pag. 29.
*Alciatus Terentius Hiſtoriam Concilii Tridentini ſcribere adgreditur.* pag. 73.
——*Eius mors.* pag. 60.
*Alemannus Aloyſius Nic. Machiav. amicus.* p. XXXV.
*Alemanno Petro Ep. Reip. Florentinae.* pag. 15.
*Alexander VI. Pont. Max. Nicol. Machiav. favebat.* pag. XLI.
*Ammannatus Iac. Card. Scalae Studiorum comes fuit.* pag. XIV.
*Ammiratus Scipio, meminit de Legationibus Nic. Machiavelli.* pag. XXIX.
*Areoſti Lud. Epiſt. ad Card. Mediceum.* pag. 56.

# B


*BAndinellus Vbaldinus*. *pag.* 33.

*Barbarus Hermolaus*. *pag.* 103. *Eius Epp. pag.* 104. *& ſeqq.*

*Barberini Franc. Card. Epp. pag.* 73. *& ſeqq.*

*Bartolinus Chriſtoph. pag.* XVI.

*Becmannus Nic. Machiavellum imperitiſſimum vocat. pag.* XXVIII.

*Belluccio Pandulpho Ep. proemialem in Lib. de Princ. Nic. Machiavelli inſcribit Blaſius Bonaccurſius. pag.* XXXVII.

*Bibliothecae Florentinae. pag.* XXII.

*Bombardarum Origo. pag.* 10.

*Bonaccorſii Blaſii Ep. Proemialis in Lib. Nic. Machiavelli de Principe. pag.* XXXVI.

*Bonagratia Vxor Io. Bapt. Adriani. pag.* XXIII.

*Boncianus Franciſcus Io. Bapt. Adrianum oratione parentavit. pag.* XXIV.

*Borghinus Ang. Io. Bapt. Adriani Amicus. p.* XXIV.

*Borgia Caeſar Summa benivolentia Nic. Machiavellum proſequebatur. pag.* XXIX.

*Borromaei Vitaliani Vitam B. Scala conſcripſit. p.* XV.

*Boſcboli Paulli in Mediceos Principes coniuratio. pag.* XXXI.

*Bovius Carolus eligitur in Archiepiſcopum Brunduſianum. pag.* III.

*Bozius Thomas in Machiavellum ſcripſit. p.* XXXVIII.

——*Contra eumdem invehitur. pag.* XLII.

*Braccio Aleſs. Ep. a Rep. Florent. ſcripta. pag.* 19.

*Braciolus Ant. Nic. Machiav. Amicus. pag.* XXXV.

*Brucherus Nic. Machiavelli famam tuetur. p.* XXIV.

*Buondelmontius Zenobius Nicol. Machiav. Amicus. p.* XXXV.

*Buſinus Io. Bapt. hiſtoriolam de Nic. Machiav. morte profert. pag.* XXXIII. *& ſeq.*


Digitized by Google

# C

*CAlchocondylae Demetr. Epiſt. Marcello Virgil. ſcripta. pag.* 27.
*Campana Franc. Io. Bapt. Adriani ſtudiorum comes fuit. pag.* XXIII.
*Campanella Nicolaum Machiavellum imperitiſſimum vocat. p.* XXVIII.
*Caniſianus Ant. Reip. Florent. Legatus ad Innocentium VIII. pag.* XIV.
*Capponi Auguſtini in Mediceos Principes coniuratio. pag.* XXXI.
*Caradi Henr. Marcello Virg. Ep. pag.* 37.
*Carolus V. Imperator Libertatem Florentinis eripit. pag.* XXXI.
*Canuccius Io. Nicol. Machiav. amicus. pag.* XXXV.
*Carax Io. Bapt. Adriani familiaris. pag.* XXIII.
*Caſa Franc. una cum Nicol. Macchiavello ad Francorum Regem Legatus. pag.* XXX.
*Caſtelvetri Ludov. Epiſt. ad Polidorum Cornazanum. pag.* 58.
*Caſtrutci vitam Nic. Machiav. conſcripſit. p.* XXXVIII.
*Catharinus omnium Primus in Nicol. Machiav. inſurrexit. pag.* XLII.
*Chriſt. Io. Frid. Commentarium de Geſtis Nic. Machiav. edidit. pag.* XXIX.
*Cicereius Franciſcus Paullo Manutio Epiſtolam ſcribit. pag.* 123. *Eique ſuam in totam Manutiorum domum obſervantiam, atque exiſtimationem de Octaviani Ferrarii, Bartholomaei Caprae, & Hannibalis Cracei, Mediolanenſium Civium Singularibus erga ſe meritis declarat.*
*Clariſſarum Coenobium in Thuſcia celeberrimum, eiuſque iuriſdictio. pag.* 61.

*Clemens VII. Libertatem Florentinis eripere tentat.* pag. XXXI.
—*Eidem Florent. Hiſtoriam dicat Nicolaus Machiavellus. Ibid.*
—*Nicolai Machiavelli fautor.* pag. XLII.
*Clemens VIII. primus Nicol. Machiavelli opera praeſcripſit.* pag. XLII.
*Clemens Claud. in Machiavellum inſurgit.* p. XXXVIII.
*Conringius Herm. Machiavellum tuetur.* p. XXXVIII.
—*Animadverſiones in Principem Nicolai Machiavelli edidit.* pag. XXXVIII.
—*Nicolaum Machiavellum parum eloquentem perperam dicit.* pag. XXVIII.
*Contarenus Io. Baptiſtae Adriani familiaris.* p. XXIII.
*Corradus Q. M. Laudatur.* p. 102.
*Corradii Marii Ep. pag.* 104. *& ſeqq. Opus conſcribit de lingua Latina, ac Gul. Sirlaeti Librum de Religione Britanniae vertit.* p. 112. *Eiuſdem Epiſt.* pag. 115. *& ſeqq. Item.* pag. 129.
*Coronati Antonii Epiſt. Aldo Manutio ſcripta.* pag. 119. *& ſeqq.*
*Corſinia Bibliotheca.* pag. XVII.
*Corſiniam Mariettam ſibi matrimonio iunxit Nic. Machiavellus.* pag. XXXI.
*Coſmus III. Nicol. Stenonis Corpus Florentiam transferri iubet.* pag. 82.
*Cuff Henricus Laud.* pag. 65.

# *D*

*DEius Io. Bapt. Laudatus.* pag. XVII.
*Diaccetus Iacobus Nic. Machiavelli Amicus.* p. XXXV.
*Dioſcoridis opus latine vertit Marc. Virgilius.* p. XIX.
*Donius Franc. facetum Nic. Machiavelli dictum refert.* pag. XXXVI.

*Era-*

## E

ERaſmus Deſ. de Barptolem. Scala obloquitur. p. XV.
Etruſcae antiquitates in Clanno repertae. pag. 31.

## F

FAeſulani Collis amoenitas. pag. 88.
Ferdinandi Regis Neapol. Officia in Florentinos. p. 10.
——Eius diſſentiones cum Pontifice componuntur. p. 20.
Ferrario Iac. Ant. Ep. ſcribit Io. Ant. Palea. p. 101.
Ficecli Plebania. pag. 61.
Ficinam Marſilium oratione Laudavit Marcellus Virgilius. pag. XX.
Flaminius M. Ant. Io. Bapt. Adriani Amicus. p. XXIII.
——Eius mors. pag. 60.
Florentinae Reip. Epiſtola Magno Sultano ſcripta. p. 12.
——Eiuſdem gratiarum actio pro pileo rubro Io. Mediceo tranſmiſſo. pag. 16.
Fontii Bart. Epiſtola Baptiſtae Guarino. pag. 69.

## G

GAlatei Ant. Liber de ſitu Iapygiae. pag. 101. Laus. pag. 103.
Gallici morbi deſcriptio. pag. 51.
Gaza Theodor. pag. 103.
Gentilis Albertus Nicolaum Machiavellum imperitum adpellat. pag. XXVIII.
Gentillettus Innocent. impietatem in Nicol. Machiavello redarguit. pag. XXXVIII.
Geraldini Epigramma in Bartolom. Scalae Laudem. pag. XVII.



Digitized by Google

*Germaniae mores. pag. 37. & ſeqq.*
*Guarino Bapt. Epiſtolam ſcribit Bapt. Fontius. pag.* 69.
*Guicciardinus Franc. Nicol. Machiavelli Amicus. p.* XXXV.
*Multum ex eo hauſit pro ſua conficienda hiſtoria. Ibid.*
*Epiſtola ad Nicolaum Machiavellum. p.* 53. *& ſeqq.*
*Guidectus Franc. Nicol. Machiav. Amicus. p.* XXXV.

## H

*Holſtenius Lucas, eius Laus. pag.* 77. *Card. Barberinus ei Epiſtolam ſcribit. Ibid.*
*Horatii carmina Commentariis Illuſtravit Io. Baptiſta Adrianus iunior. pag.* XXVII.
*Hottomannus Franciſcus Machiav. Librum de Principe confutare adgreditur. pag.* XXXVIII.
*Houſſaie Amelot de la Nicolaum Machiavellum defendit. pag.* XXXVIII.

## I

*Iacobus Oligerius Bart. Scalae hiſtoriam edidit. p.* XV.
*Iannoctius Donatus Florentinae Reip. a Secretis. p.* XXXI.
*Iapyges qui ſint. pag.* 105. *& ſeq. pag.* 107. *& ſeq.*
*Innocentio VIII. Epiſtola ſcripta a Rep. Flor. pag.* 16. *&* 20.
*S. Ioannis Baptiſtae Brachium Florentinis dono datum a Raguſeis intercipitur. pag.* 17.
*Iovii Opinio de Nicolai Machiavelli morte. pag.* XXXII. *Laudatur. pag.* 103.
*Iulius III. Nicolai Machiavelli ſcripta non improbavit. pag.* XLII.
——*Eius ad Pontificatum evectio. pag.* 58.
*Iuliae B. a Certaldo Caput Florentinis reſtituitur. p.* 10.

*Lan-*

Digitized by Google

## L

*Lanfredini Io. Ep. Laudatur. pag.* 10. *Ep. Reip. Flor. ei ſcripta. pag.* 14.

*Landini Chriſt. Ep. deprecatoria. pag.* 1. *Quid pro inſtituenda Florentina iuventute geſſerit recenſet. pag.* 3. *& ſeqq. Florentini Secretarii munus. pag.* 4. *& ſeqq. Laurentii Medicei Laus. pag.* 7. *& ſeq.*

*Leo X. Pont. Max. Marcellum Virgilium accerſivit. pag.* XXI. *Nicolai Machiavelli fautor. pag.* XLI.

*Leo Ambroſ. Laudatur. pag.* 103.

*Lipſii Iuſti Epiſt. Curtio Pichenae. pag.* 67.

*Lucchesinus Laur. contra Machivellum invehitur. p.* XXXVIII.

*Lucretiae Alexandri VI. filiae ſponſalia deſcribit Nicolaus Machiavellus. pag.* XL.

*Lupienſis Rob. Laudatur. pag.* 102.

## M

*Machiavellus Bernardus Marchae Anconitanae quaeſtor Nicolai Pater. pag.* XXVIII.

*Machiavellus Nicolaus, eius vita. pag.* XXVIII. *& ſeqq. Studia, occupationes, itinera, perſecutiones, vindiciae. pag.* XXXVI *Mors, opera tam edita, quam inedita. Ibid. Eius ſcripta quandiu adprobata, & lecta ſine atheiſmi ſuſpicione fuerint. pag.* XLI. *Eius Epiſt. de Statu Germaniae. pag.* 37. *Eidem Epiſt. ſcribit Franc. Guicciardinius. p.* 55. *Auguſtinus Veſpuccius. pag.* 49.

*Machiavellus Petrus; Eius Epiſtola Franc. Spinellio ſcripta de morte Nicolai Patris p.* XXXII.

*Magliabechius Ant. ut hiſtoria Bart. Scalae ederetur curavit. pag.* XV.
*Maioranus Nicolaus Laudatur. pag.* 102.
*Manardi Io. Epiſt. & Caſtigationes in verſionem Dioſcoridis a Marcello. Virgilio conſcriptam. pag.* XIX.
*Manutius Aldus, eius Epiſt. Marcello Virgil. p.* 28. *Eidem Epiſt. ſcribit Marius Corradus. pag.* 104. *& ſeqq.*
*Marcellus II. Nicol. Machiavelli. ſcripta non damnavit. pag.* XLII.
*Mariſcottae in Machiavellum benivolentia. pag.* 53.
*Martellius Braccius: eidem Epiſt. ſcribit Ph. Redditus. pag.* 97.
*Martellius P. Nicol. Machiav. amicus. pag.* XXXV.
*Martellus Vgolin. Io. Baptiſtae Adriani familiaris. pag.* XXVII.
*Maximiliani Imperatoris mores. pag.* 37.
*Mazamet Elmalfet magni Sultani Legatus ad Florentinos. pag.* 12.
*Medices Coſmus Bartol. Scalam alvit. pag.* XIV.
*Medices Laurentius Vrbini Dux, eidem Nicolaus Machiavellus Principis Librum dicat. pag.* XXXI. *Eius mors. pag.* 23. *Eidem Epiſtolas ſcribit Philippus Redditus. pag.* 91. 92. 93 94.
*Medices Ioannes in Cardinalium coetu cooptatur. pag.* 16.
*Medices Petrus Barthol. Scalam beneficiis cumulare ſtuduit. pag.* XIV. *Florentiae imperitare tentat. pag.* 52.
*Mediceis Principibus univerſae Italiae imperium capeſſendum ſuaſiſſe Nicol. Machiavellum ferunt. pag.* XXXI.
*Meſſapiorum veterum lingua. pag.* 105. 107.
*Monaldius Petrus Bart. Scalam Laudat. pag.* XIII.

Nel-

# N

*NEllia Barptolemea Nicol. Machiavelli Mater.* pag. XXVIII.
*Niccolinus Angelus Reipublicae Florentinae Legatus ad Innocentium VIII.* pag. XIV.

# O

*ORicellarius Bernardus: eidem Epiſt. ſcribit Philippus Rhedditus.* pag. 98. & 100.

# P

*PAleae Ant. Epiſt.* pag. 101.
*Paulus III. Pont. Nicolai Machiavelli ſcripta non improbavit.* pag. XLII.
*Pichenae Curtio Epiſt. ſcribit Iuſtus Lipſius.* pag. 67.
*Pieruccius Comes Laud.* pag. 75.
*Politianus Angelus Bartolom. Scalae hoſtis acerrimus.* pag. XIII. XV.
*Plutarchi opuſcula aliquot latina fecit Io. Baptiſta Adrianus Iunior.* pag. XXVII.
*Polus Reginaldus Card. Laud.* pag. 60. *Eius Libri de Religione Britanniae.* pag. 109. & ſeqq.
*Pontanus Iovianus.* pag. 103.
*Poſſevinus Antonius contra Machiavellum invehitur.* pag. XLII.

Quin-

## Q

*Q*Viatiliani Senioris Declamationes. *pag.* 107.

## R

*R*Hedditus Philippus Epiſt. Iacobo Salviato. *pag.* 88. & ſeqq. Opuſculum ſuum Braccio Martellio dono dat. *pag.* 97. Florentini Populi hiſtoriam conſcribere adgreditur. *pag.* 98. Alia ipſius opera. *pag.* 99.
*Religioſi potiora ad Florentinae Vrbis moenia Loca occuparunt. pag.* 14.
*Ribadineira Petrus bellum Nicolai Machiavelli ſcriptis indicit. pag.* XXXVIII.
*Ricciam gentem nonnulla Nicol. Machiavelli ſcripta adſervare fama eſt. pag.* XL.
*Riccius Bernardus ad Galliae Regem mittitur. p.* 49.
*Riccius Iulianus Scalam Laudat. pag.* XIII. *De Nic. Machiav. Loquitur. pag.* XXXV.
*Rodulphus Card. Laud. pag.* 33.

## S

*S*Alviatus Alamannus Nicol. Machiav. Amicus. *p.* XXXV.
——*Ei opuſculum inſcribit Nicol. Machiav. pag.* XL.
*Salviatus Card. pag.* 35.
*Salviatus Georgius Benignus Laudatur. pag.* 19.
*Salviatus Jacobus: eidem Epiſt. ſcribit Philippus Redditus. pag.* 88.
*Salvinus Salvinius Laudatur. pag.* XL.
*Scalae Barptolom. Elogium. pag.* XIII. & *ſeqq. Eius dies natalis, ſtudia, publicae occupationes, Legationes, obitus, Opera. Ibid.*

Digitized by Google

*Scaliger Ioſeph de Barptol. Scala obloquitur.* p. XV.
*Schmal Gaſp. Epiſt. de obitu Nicol. Stenonis.* p. 78.
*Scioppus Caſp. Apologiam pro Nicolao Machiavello conſcripſit.* pag. XXXVIII. *Eidem Epiſtolam ſcribit Card. Barberinus pro edendo ſuo de Linguae Latinae Theſauro.* pag. 75.
*Sfortia Conſtantius Florentinarum Copiarum ductor.* pag. XVI.
*Sigonii Caroli tum Antonio Lucenſi controverſia.* pag. 60.
*Soderinus Franciſcus Florentinae Reip. Legatus ad Innocentium VIII.* pag. XIV.
*Soderinus Petrus Reipub. Florent. Vexillifer. expellitur* pag. XXXI.
*Soderini Card. Epiſt. Marcello Virgil.* pag. 31.
*Speronus citatur.* pag. 112.
*Spinellus Recchus Laudatur.* pag. XVI.
*Squarcialupum Ant. Laudavit Marcellus Virgilius.* p. XX.
*Stenonis Nicolai mors, & eius geſta.* p. 78. & *ſeqq.*
*Sterponus Stephanus, Philoponus dictus, Marcellum Virgilium Laudat.* pag. XIX.
*Strozza Baptiſtinus Mutinae Gubernator.* pag. 58.
*Strozzae Laurent. Libros de re militari inſcribit Nicolaus Machiavellus.* pag. XXXVIII.
*Strozzae Petro Epiſt. ſcribit Io. Bapt. Adrianus Iunior.* pag. XXV.
*Strozzae Philippi Filios erudivit Io. Bapt. Adrianus.* pag. XXII.
*Stupha Aloyſius Florentinorum Legatus ad Magnum Sultanum.* pag. 12.
*Stuphae Giſm. Epiſt. & Carmina inſcribit Bartholom. Scala.* pag. XVII.

Tau-

# T

TAurelli Laelii Epiſt. pag. 65. Idem Io. Baptiſtam Adrianum plurimum adamavit. pag. XXIII.
Thomſon Rich. Epiſt. pag. 65.
Tornabonus Io. Legatus ad Innocentium VIII. pag. XIV.
Toſingus Petrus Franciſcus Orator Florentinorum ad Galliae Regem. pag. 49.
Triphonis Gabrielis mors. pag. 60.
Turco Magno Epiſt. a Rep. Flor. miſſa. pag. 17.
Turletus Hieronymus Hiſtoriam Florentinam Nic. Machiavelli Latinam fecit. pag. XXXVI.

# V

VAcca Antonius. Epigramma Nic. Machiavelli adponendum conſcribit. pag. XXXIII.
Valentini Ducis Victoriae. pag. 52.
Varchius Io. Bapt. Adriani Amicus. pag. XXIII. Facetum fuiſſe Machiavellum adſerit. p g. XXIX. Eius Sententia de Nicolai Machiavelli obitu. pag. XXXII.
Vaſario Georgio Epiſtolam ſcripſit Io. Baptiſta Adrianus. pag. XXIV.
Venereae peſtis deſcriptio. pag. 51.
Venturi Mich. Epiſt. Marcello Virgilio. pag. 33.
Verinus Franciſcus Senior Io. Baptiſtae Adriani praeceptor. pag. XXIII.
Verinus Mich. Barth. Scalae Apologos Laudat. p. XVI.
Veſpucci Auguſtini Epiſt. Nicol. Machiavello ſcripta. pag. 49.
Victorius Franc. Nicol. Machiav. Amicus. pag. XXXV.
Virgilius Marcellus, eius elogium, & pro Literaria Republica Geſta. pag. XVIII. Nicolai Machia-



Digitized by Google

*chiavelli Praeceptor*. *pag.* XXVIII. *Eidem Epiſtolam ſcribit Demetrius Calchocondylas*. *pag.* 22. *Robertus Accaiolus*. *pag.* 25. *Henricus Caradus*. *pag.* 27. *Aldus Manutius*. *pag.* 28. *Lucas Albitius*. *pag.* 29. *Card. Soderinius*. *pag.* 31.

*Vitelli Vitellotii obitus a Nic. Machiavello deſcribitur*. *pag.* XXXVIII.

*Voetius Nicolaum Machiavellum imperitiſſimum vocat*. *pag.* XXVIII.

*Voſſii Lapſus*. *pag.* XIII.

## *Z*

*ZImara M. Antonius Laudatur*. *pag.* 102.

*Zimara Theophilus Laud. Ibid.*

# ERRATA SIC CORRIGITO.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Pag. XV. v. | 8. | *quae* Ang. Pol. | *quae ab* Ang. Pol. |
| XX. | 10. | *homines* | *hominem* |
| XXIX. | 17. | *inter quae non pauca* | *inter quas, non paucas* |
| XXXIII. | 21. | *in Epiſtola ad* Benedictū Varchiū *miſſis, quae extat, &c.* | *in Epiſtolis ad* Benedictum Varchium *miſſis, quae extant, &c.* |
| XXXVII. | 21. | *exaratus* | *exaratum* |
| Pag. 4. | 36. | & nihil | ut nihil |
| 13. | 4. | obnoxios | obnoxi |
| 16. | 9. | latiſſimi | laetiſſimi |
| 17. | 35. | atque hunc ad nos *Io. Baptiſtae Brachium* | atque hoc ad nos *Io. Baptiſtae Brachium* |
| 23. | 44. | cauſu | caſu |
| 25. | 26. | heae | hae |
| 61. | 33. | MDXXII. | MDCXXII. |
| 75. | 28. | ut de | de |
| 94. | 26. | a quoque alio | a quoquo alio |
| 100. | 15. | impuſum | impurum |
| 102. | 11. | *Pacuccium* | *Pacuvium* |
| | 18. | *Mathaeus Soletanus* | *Mathaeus Toletanus* |
| 103. | 19. | *Petro Graccina* | *Petro Gravina* |
| 108. | 2. | quod *Paullo III.* Pontifice Maximo: Romae erat, | quod *Paullo III.* Pontifice Maximo Romae erat: |
| 111. | 16. | quae | quare |
| 121. | 29. | λιας κακῶν | Ἰλιας κακῶν |

Digitized by Google

Digitized by Google